# PETRI PONTA
ni Cæci Brugenſis Ars Verſificatoria: ſimul
& Accentuaria Octo partialibus ſuc-
cincte dirempta libris Ad ſtudio-
ſam palemonij labo-
ris iuuentam.



Venundantur Parrhiſijs a Bernardo Aubryrio in vico
ſancti Iacobi ſub interſignio Diui Martini cõmorante.

**Cum Priuilegio.**

A Tous ceulx qui ces p̄ntes lettres verrōt. Gabriel baron & ſeigneur dalegre/ſaīct Iuſt/meillau/torzet/ſaīct dier & de puſſol Cōſeillier chābellā du Roy nr̄eſire Et garde de la p̄uoſte de paris ſalut. Scauoir faiſons q̄ Veue la requeſte a nous le iourduy faicte par Bernard aubry libraire en Luniuerſite de paris Diſant q̄ a grāt frais il auoit fait īprimer vng liure Intitule Ars verſificatoria Simul & Accētuaria Petri Pōtani Ceci Brugenſis Octo partialibus ſuccincte dirēpta libris ad ſtudioſam palemonij laboris iuuētā. De nouuel dicte & cōpoſe ou il a vacq̄ ꝑ lōg tēps & emploie & deſpēdu grās deniers. Leq̄l nauroit encores aupauant eſte īprime. Et neaulmoīs doubte icelluy Bernard aubry q̄ les aultres libraires & īprimeurs le voulſiſſent imprimer ou faire īprimer pour le fruſtrer de la peine q̄l a eue a icelluy liure recouurer/q̄ ſeroit au grāt p̄iudice & dōmaige dudit aubry. Au moiē de quoy nous auroit req̄s actēdu q̄ pour dōner recreatiō & ſeruir aulx ēfans eſcoliers eſtudiās & les ēhorter de biē en mieulx ꝑ les fais cōtenus audit liure/ il auoit fait īprimer ledit liure & q̄ pour ce faire il auoit ēploye gros deniers. Luy voulſiſſiōs ꝑmettre de publier & vēdre ledit liure & deffences eſtre faictes a tous aultres libraires & īprimeurs de ne vēdre & īprimer iuſq̄s a trois ans ſur peine de confiſcatiō dudit liure & damende arbitraire.

Ce conſidere & veu de nous ledit liure Auōs ꝑmis & ꝑmectons audit Bernard aubry de publier īprimer ou faire īprimer & vēdre ledit liure deſſus nōme intitule Ars verſificatoria. &c. Iuſques a deux ans prochainemēt venāt pourueu q̄ icelluy Bernard aubry mecte ledit liure a pris raiſonnable & nō exceſſif. Et neaulmoins auons fait & faiſons deffēces a tous libraires & īprimeurs de ne vēdre ou īprimer icelluy liure iuſq̄s a deux ans reuolus & accōplis ſeulemēt ſur peine de confiſcatiō deſdictz liures & damēde arbitraire. En teſmoīg de ce nous auons fait mectre a ces p̄ntes le ſeel de ladicte p̄uoſte de paris. Ce fut fait le ſamedi, xj. iour daouſt Lan mil cinq cens & vingt.

Ainſy ſigne Corbie.

Petri Machicuriani Betunij Carmen in laudem
Artis Verſificatorie Petri pontani Cȩci
Brugenſis Ad gymnaſyarchas,

SI vis grammatica faciles ornare puellos,
Id lege quod ſapiat cȩſarienſis opus.
Elige de multis plenum candore volumen:
Fac ſolide pubes imbibat artis epos.
Parturit errorem librorum magna ſupellex:
Grata facit pueros bibliotheca rudes.
Quare te moneo dictis audire paratum.
Brugenſis ſolum ſcripta docere velis.
Sunt alij (fateor) ſupremo laudis honore
Percelebres: quorum ſepe minerua viget.
Verum quis melius diſcuſſas palladis artes
Explicuit cȩco: Lucidiuſq; dedit.
Illius ergo doce congeſtos marte labores:
Vix poſſes ſatius grande parare ſophos.
Ceſſet liuor edax mordaces edere queſtus:
Si bene quis dicit iure probandus eat.

Vale.

## Petrus Pontanus Cæcus Brugenſis ſtudioſe palemonij laboris iuuentuti.

MIRARI AC ſciſcitari iam ſtudioſa iuuentus audio: quidnā a triuiali ſcribētlū cōſuetudine nos depulerit. Alij ſiquidēʒ ferme quotquot videre eſt ſibi ex magnatibus quempiam opportune ſeligunt / cuius nomini ac magnificentie quas excuderint operas gnauiter dedicent. Tum quia magni atqʒ opulenti viri appellatione ſua monumenta felicius arbitrantur illuſtrari. Tū quia (ex illorum ad quos ſcribunt) gratuita dapſilitate haud parum indipiſcuntur emolumenti. Ipſe vero tanꝙ ad parietes / aut vita functos verba faciens: ignotis / inauditiſqʒ tam confuſim tamqʒ promiſcue ſcribam: vt quibus omnium potiſſime ſermociner funditus ignoretur. Ergo ne teneam vanis ambagibus aures. Si vacat & placidi rationem admittitis edam. Imprimis. Centones farcire neſcio: proinde mollium auricularum pruriginem paraſitica verborum adulatione ſcurriliter titilare floccipendo. Nihil quippe eſt / quod honeſtiſſimum quemqʒ animū ſcurruli aſſentatione magis dedeceat. Ea tñ ſola eſt quæ regibus aliiſqʒ magnatibus / ac opulentis placere comperitur. Vnde fit vt nullum prorſus mæcenatem laboris habeam (præter ſolum in quo tota ſpes mea recumbit Ieſum Chriſtum) quod neqʒ ſegniciei / neqʒ ignauie / mihi iure aſcribendum puto. Tot eñ & tantis laboribus implicor vt iam viceſimum vel eo circiter annum Parrhiſijs communi Lyceo profitear: & ita certe profitear: vt ſex mihi horas quotidiana lectio ſuffuretur / tam grauiſqʒ triſtem perturbantibus animum curis. Iam triceſimum qualiſcūqʒ ſit codicem in propatulum lucemqʒ dilaxauerim. Verūtamen. Non nobis dñe Ieſu Chriſte / non nobis / ſed nōi tuo / da / gloriā. Cui & me totū / & mea omnia penitus trado / atqʒ deuoueo. Qui igitur fit vt inter tantos tam longi temporis labores. Nullū neqʒ auguſtum / neqʒ Caſſium vllum adeptus fuerim. cuʒ tot creſeatis heroibus / heroidibuſqʒ gallia vbiqʒ redūdet in promptu nimirū ratio eſt / veritatem vbi / vbi gentiū occulere nequeo / virtutes magnifico: vitia reprimo: voluptatibus bellum aperio. religionē commendo & id genus alia ꝙ mollibus auriculis diſplicere ſolent / nemini adulor: aſſentor nemini verum prepono vtilitati: obſcoena libidinoſaqʒ nō ſcribo (honeſtatis ꝓbitatiſqʒ amator) vana & pernicioſa prorſum deſpicio atqʒ aſpernor. Nil igitur honeſta iuuentus admireris ſi magnatibus habeor contemptui quibus hęc omnia quæ dixi tanꝙ aſpidis venena ſunt audio (cū ei mundi voluptatiſqʒ ſint aſſertores) Nil niſi mundana (& ea penitus infamia) diligere / amare / colere poſſunt: (ſed de his hactenus ſatis ſuperqʒ dictum.) Reſtat vt opuſculi inſtitutum aperte

dilucidemus/ſi modo hoc vnum fuerit adiectum. Pleriq3 etenim perſiculantes perperam muſſitabunt: ſi quid eximie dilucubrares energie/quod in codice decenter adornato cuiq̄ dedicares/ & offerres procerum: forſitan tue adminicularetur egeſtati: ſed forſitan(quod dubitatiuū eſt)recte aiunt. Tali ſiquidem iam plus tricies falſus: conſilio/ oleum / atq3 operam omnem/ miſere perdidi. Quoniam ( vt opuſcula mea teſtificari poſſunt) monachorum paſtoribus/prothographiariis/cancellariis/epiſcopis/principibus/ ſatrapis / & regibus/ſepicule ſcripſi: quibus & comparatos grandi precio codices/ ſupplex humiq3 ſtratus obtuli quos illi ſuſceperunt quidem / verum nihil preter verba vnq̄ mihi reddiderunt. Pape/deus vtinam bis cētum/aut etiam plureis nummorum libras mee reſtituiſſent inopie quas pro phalerandis/ redimiendiſq3 illorum gratia codicibus imprudens ſtoliduſq3 nimis dilapidaui mihi / profecto & penetrali/ac liberis meis haud immodice poſſent opitulari: quod niſi mature illi exanclare curabunt/nihil ego ipſis/ mihi vero plurimum ipſi deuincientur in ſempiternum. Dare etenim tantum generoſitatis eſt: accipere vero/ puſilli & vilis eſt animi: niſi forte dando accipiendoq3 mutua beneuolentia decor & amor perſonarum conſeruetur. Verum hæc miſſa faciamus: quoniam id non tā procerū/vel auaricia/vel īcuria q̄ ſūmi opificis clemēti ꝓuidētia mihi obtingere fideliter arbitror: qui ſuos famulos vitioru3 irritamentis( cuiuſmodi ſunt diuitie & honores )non vult implicari: ſed ipſius qui honeſtam pauperiem dilexit. commendauit/cuſtodiuit. Veſtigia quoad fieri poteſt eminus conſectari. Nunc autem ad rem vbi hanc meam artem verſificatoriam honeſti iuuenes in lucem emiſſam contuebimini / repetitam vobis crambem forſan clamabitis( neque iniuria quidem )vt pote qui iam tot eiuſce rei exanclatores habeatis. vt iā voluminibus ip̄is neq3 bibliothece neq3 diatribes veſtre ſufficiant. Hæc vna ſane ratio eſt/ quæ animum mihi perpulit/ſtudioſis aduleſcentulorum ingeniolis aliquanto mederer. Tantam enim tamq3 perplexam hac in diſciplina confuſionem audio: vt quiſquis eā ingreſſus fuerit. Laberyntheis ambaginibus/gordianeiſq3 nexibus/itricatiores circumquaq3 locos offendat: alij quippe/ dum extreme breuitati ſtudent obſcuri fiunt plurimaq3 ſilentio preterire coguntur. Alij vero prolixe ſatis agunt/ ſed vt inſulſi ſunt & barbari. Ita multa falſa & inepta/pauca vero bona & vera tradunt. Deniq3 alij tanto inanis glorie ſtudio / tantaq3 carpendi cupiditate efferuntur & ardent: vt criſipea raptis hinc inde friuolis volumina ſua refertiant: quibus doctiſſimum quemq3 erroris inſimulare poſſe videantur: ſed vt fieri ſolet me hercule Perſianum illud iure optimo perſonent. Cedimus inq3 vicem prebemus crura ſagittis. Quandoquidē dum maurutiis cymeria caligine obductioribus gloſſemaculis legentium ingenia cōfundunt. vbi vocula/ vel minimis aperta tyronculis incidit. huc manus huc oculos/huc mentem omnem adigunt/ qua3 viginti(aut etiam pluſculis )grauiſſimorum authorum dictis ſtudioſe fulciunt. quodq3 ſuis octutibus ſeſe non intulit( & ſi perpauca viderunt )dampnāt dicīq3 non debere nequiter aſſeuerant. ¶ At vero vbi dedalium & phoebo iudice dignum quicpiam venit enucleandum aut ignaui obmuteſcunt/ aut temerarij hallucinantur/aut exiguos verſiculorum tybicines ſue prefigunt in-

entie. Que omnia mediusfidius manifeſta ingeniorum corruptiua ſunt. Ipſe autem iſtorum imitor neminem: ſed vt mei ſemper fuit moris honeſta mediocritate delectatus nulli genuinum infringo. Breue carmen (licet rude) & commentarios (ſi non phaleratos & elegantes) ſuccinctos tamen & perſpicuos adoleſcentulorum commoditati propono.

Vos igitur iuuenes per dulcis nomen Ieſu
Obſecro ſuaue meum ſi quid vobis fuit vnq̄
Pro mercede omni: pro ſolicitudine tota.
Dicite ſuppliciter (verſis ad ſydera fibris)
Eternam requiem cæco poſt funera diui
Preſtate: vt ſummo mens candida viuat olympo.

Valete in eo: in quo eſt vita/ſalus/ reſurrectio noſtra.

Parrhiſijs. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo viceſimo. pridie Kalendas Auguſti.

Τέλος.

## Eligius Eucharius Gandauus Petro Pon-
## tano Cæco Brugenſi Salutem.

QVOD
me ſuauiſſimis litteris tuis inuiſere di-
gnatus ſis Cæce doctiſſime: ago grati-
as agamq; dum viuam. Neq; poſſum
non amplecti obuijs omnino vlnis quę
tam copioſe & largiter mihi obtuliſti.
Eſt enim apprime mihi gratum: & non
paruo fœnori duco: ita me amari abs te
vt quem vno dūtaxat / aut altero ad te
miſſo epiſtolio noueris amicorum tuo
rum albo inſcribere non recuſes & nul-
la nobis mercede / vel beneficētia deuin
ctus. Ipſe nobis beneficium ſponte offeras optatiſſimum. Cupio itaq; vehe-
menter / nec magis eſt in voto quicq̄ ꝙ in arte Verſificatoria tua aliquid occu
pare ſpacioli vbi mutuo commentari poſſimus / & collatis vtrinq; ſymbolis
amicitie vinculum firmius ſolidare. Cum enim inſtituendis vtcumq; adule-
ſcentibus annos iam aliquot operam impendo non paucis argumentis didici
q̄tum induſtria tua iuuerit ſtudium noſtrum per quam cultioris litterature
alumni commodiſſimum habere poſſunt in grammatica progreſſum. Cui eti
am acceptam ferunt Arenicole noſtri doctrine ſue partē potiorem. Inter quos
tametſi ꝙ plurimi ex meſſe tua locupletati ſunt: precipuo tamē honore dignos
eſtimo: Iacobum blaſerium / patricium gandenſem. Euſtachium longletum
montanum. Robertum rabidum inſulenſem. Ioannē ſtierionē. Aldenardū Ia
cobū ſalicē: qui felici penthagono in coronā ducti carmē effingere poſſent du
biam ſane palmā habiturū. Etiā cū optimis claſſicorū authorū poematis. Hi
oēs quia oēm ſcrutādis operibꝰ tuis lapidē voluere conati ſunt / & te (quaſi in
uito p̄ceptore) feliciter vſi / ſi tuo ſederit aīo huic epiſtole nō eradant: ſed vt ala
crius poſthac cum ſuis contironibus ſe bonis artibus accommodēt / tuo iſto
calcari agitabis: & iuuenibus (quorum Ambroſio teſte minus eſt laude vehe
menter accendi) album adijcies calculum. in re preſertim honeſta / & illi ætati
imprimis conueniente. Alijs in rebus omnibus / vbi mea indigueris ope / vel
opera vtere. Euchario tuo perinde: ac amico non ficto. Vale gandaui ex
edibus noſtris ſexto Idus Iulias. Anno Milleſimo quingenteſimo. xx.

## Eiuſdem Eucharij commendaticium in Verſificatoriam artem Petri Pontani Cæci Brugenſis Ad lectorem.

SI cupis arte bona melicos procudere verſus
  Quæ ſint vel clario munera digna deo.
Proſtat brugenſis merx ingeniata poete:
  Quam tuus exiguo comparet arte labor
Tota camenarum phœbo cum patre caterua
  Egregij authoris nobile laudet opus:
Claſſicus eſt author petrus pontanus: in amne
  Qui dudum aonio labra rigata tenet:
Illius omnigeno radians candore ſupellex
  Depulit obſcurum tecta ſub atra cahos:
Exulat extremis male ſalſus meuius oris:
  Luditur arguta cantio docta cheli
Si ſua doctiloquos laudant monimenta poetas
  Si bona ſunt pomis arbuta nota ſuis.
Sepe cothurnati lege docta poemata cæci
  Nec ledent oculos tedia capta tuos
Cum mira inuenies gracilem dulcedine ſuccum
  Quas retinet dotes aurea vena duas:
Carmina conficies leni ſeruanda cupreſſo
  Conficies longo carmina digna cedro.

Laus Deo.

# PETRI PONTA

## ni Cæci Brugenſis in Artem Verſifi- catoriam Prelibatio.

QVO STA
tuenda modo queuis eſt ſilla-
ba: & ipſas
Condendi Leges numeri: accē
tuſq; docebo.

¶ Treis In partes veluti tres cuneos ſibi ſocialiter Inuicem adminiculantes: opuſculum hac prima fronte ſecerni declaratur. ¶ Prima ſiquidē ſillabarum omniū q̄titatem q̄ fieri pōt breuiſſime dilucidat. ¶ Sequūda autē q̄ inter iectu3 iri viſum eſt operepreciū certiſſimas cōficiēdis quorūcunq3 generum carminibus/regulas/veneres/ & energias ſuccincte explicat. ¶ Tertia vero ſingularum accentus vocum perq̄ lucidis preceptionibus enucleat. Non quidem eos quos ſacratim ab ignaris/ & latine lingue exortibus turpiter egrūniri audias. ſed quos ex doctiſſimorum vſu/ & traditione virorū nulli nō deprehendere licet. Eſt autē (ne quid te lateat) quātitas quedā certi tēporis vnicuiq3 ſillabe debiti menſuratio. ¶ Sillaba vero eſt vnius vel plurium literarum vnico ſpiritu educta prolatio vt a/e/i/o/u. ta/te/ti/ſo/tu. Sed pergam⁹: quia & hic & alibi breuitati ſtudere certū habeo.

### Excuſatio.

At quoniā vincta ſenſi ratione loquēdum:
Omnia cui ſaluo nequeūt ſuccedere verſu:
Tantum zoileos rictus nō ipſe verebor:
Quin plerunq; aliquid cōplendo carmine mutē.

¶ Licet tam libera ꝙ pedeſtris & cathenata oratio venuſtatis & efficacie
plurimum afferat ſi quibus debet legibus coherceatur. Peculiare tamen ali=
quid in ſe verſus habet/ quod proſe nõ cõpetit. Legentium enim animos ma=
gis allicit atqȝ delectat. Paucis plurima recenſet: & faciliore cõtinetur memo
ria: Eas ob res metrica ratione procedendum cenſui. Illos aſpernatus qui de ſe
ta ſuilla contendentes grandia librorũ pondera emoliuntur. magis (ſane meo
iudicio) vt multa ꝙ vt bona & vtilia ſcripſiſſe videantur. Sed de hoc ſatis.
¶ At vero quedã ſepicule dictiones enucleande occurrunt: que nullopacto
heroicum carmen ingredi poſſunt. In quibus aliquid pro ratione verſuum ali
quando inuertere non dubitabo: quod & in prima parte aliquoties feciſſe me=
mini: aliter enim traditio noſtra vel imperfecta vel omnino confuſa eſſe coge=
retur. Hac igitur syntheſi cordoliũ ſibi inuidorum pecus leniat obſecro.

## Tempus

### Vnum dat breuians: longans duo tempora prebet.

¶ Breuis ſyllaba vnum habet tempus quo profertur. vt deus: meus. Longa
vero duo requirit tempora vt eſtas: dormis. Eſt autem tempus ſyllabarũ illa
duratio ſpiritus qua ſyllaba ſuſtineri debet. Quum enĩ dico ludite: ſillaba lu.
que producitur tantum habet durationis ꝙtum di: & te: que breues ſunt.

## Prima generalis regula de nõie ꝓprio.

### Si non diphthongus: vocalis: vel poſitura
### Impediat: proprium verſu mutare licebit.

¶ Proprium nomen preſertim viri & mulieris apud latinos primam habet
ſillabam ancipite prout carminis ratio depoſcit. Vt ſilenus: ſicheus. Vergilius
ægloga. vj. Silenũ pueri ſopno videre iacentem Ibidẽ. Quantum omnis mun
dus gaudet cantante ſileno. Idem primo æneidos. Huic cõiux ſicheus erat di=
tiſſimus agri: Ibidẽ. Quos inter medius venit furor: ille ſicheum &c. Ab hac
tamen regula tres ſunt limitatiões. ¶ Prima eſt in ſillabis diphthõgatis: que
ſemper producuntur. vt Auguſtinus: Paulus: Eugenius: Euſtachius: Ceſar:
Aeneas &c. ¶ Secũda eſt. In ſillabis que vocalem vocali proxime coheren=
tem habent quia ſemper corripiuntur. vt Ioannes: Iacobus: per quattuor ſilla
bas. Mãthuanus catharinarie tertio. Primus Ioannes humeros cui lucida ve
ſtis &c. Claudianus. Ne laceres verſus dux iacobe meos. ¶ Tertia eſt in ſilla
bis que conſonante dupla ꝓducuntur. vt Andreas: Guillermus.

## Documentum.

Si mons: vrbs: regio: fluuius: tibi propria donat

Aut legem: aut doctos vates imitere videto.

¶ Quoties propria nomina montium: vrbium: regionum: aut fluuiorum. In quibus nulla triũ quas nuper dixi limitationum reperitur carmini inſerenda veniunt. aut certam regulam aut probatum authorem imitari debes. Nõ enim in his primam producam Olympus: chorintus: alemãnia: padus: nec cõtra in his corripiam pelion: rhoma: italia eridanus. de alijs conſimiliter eſt cenſendum.

## Sequunda generalis regula De poſitione.

Vocalem que prefertur: ſi conſona bina

Aut duplex ſequitur poſitu longare iuberis.

¶ Quoties inter duas vocales due diuiſe conſonantes: aut vna dupla colloca tur prior vocalis poſitiõe producitur vt ardeſcens: inſontes: cõculcant: expers: gaza: maior. duple autẽ conſonantes ſunt tres. x/ pro c/ & s/ vt exors: felix: lex. rex &c. z/ pro geminato ſſ/ vt eleazarus: nezarara: azima: gaza &c. i/ inter duas vocales dictionis non cõpoſite vt maius: baiulo: aio: maia &c. Dico autẽ nõ compoſite quia in media dictione compoſita vim duplicitatis amittit. Naʒ precedens vocalis ſepius corripitur vt bijugus: trijugus: quadrijugus: multijugus &c. Reliqua vero que de conſonantibus dici poſſunt habes in principio ſequunde partis.

## Documentum.

Vocalem quã finis habet poſitura ſequentis

Vocis principio communem ſepe reponit.

¶ Due cõſonantes vel vna dupla in fronte dictiõis finalẽ pcedẽtis dictiõis vocalẽ facit eẽ cõeʒ quia pro verſuũ exigentia nunc corripi: nũc pduci põt. Hora. ij. ſermo. Linquimus inſani ridentes premia ſcribe. Lucanus. lib. j. Talẽ phama canit tumidum ſuper equora xerxem. Vergilius. iij. aneid. Iam medio apparet fluctu nemo roſa zacynthos. In his ergo vt vides corripitur. Sed audi vbi producitur Iuuenalis. ſaty. ij. Occulta ſpolia & plures de pace triumphos. Statius. libro primo. Immane ſtridens agitur crebroqʒ coacta &c.

Vergilius Georg. Tribulaq; traheeq; & iniquo pondere raſtri. Vbi tamen ceſura eſſe poteſt de qua ſtatim dicam.

## Tertia generalis regula de muta & liquida

A Tergo nudam vocalem quæ breuiatur

Cum liquida/ſi muta ſubit longare valebis,

¶ Vocalis naturaliter breuis quæ a tergo nuda manet: ꝓpter ſequentes mutam & liquidã in eadẽ ſillaba cõiunctas recte ꝓduci poteſt: & ita tã in proſa ꝙ in verſu ancipitẽ habet ꝗtitatem/tam in primis ꝙ medijs ſillabis: vt recludo/athlas/volucris/tenebre. Silius libro. j. Fas apire mihi ſuperũq; recludere mẽtes. Vergilius lib. ij. Georgi. Ingredior ſanctos auſus recludere fontes. Ouid. iiij. Metha. Tempus athla veniet tua quo ſpoliabitur arbor. Ibidem. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat athlas. Mõtibus &c. Idem Metha. xiij. Et primo volucris ſimili mox vera volucris. Manthua. lib. Epyg. In tenebris pereũt nec adhuc ſenſere tenebras. Hic duo animaduertes. Alterũ ꝙ vocalis longa propter mutam & liquidam nunꝙ recte breuiatur. quiſquis em̃ in matrimoniũ primã/in aratrum ſequunda/in ſimulachrũ tertiam/ corripit: artis ignarum ſe eſſe oſtendit. De alijs pari modo cõiecta. Alterũ ꝙ ridicula mihi illorũ eſt traditio: qui ſillabam in carmine admittunt ancipitẽ quã in proſa producere nequeas. Tota ſiqdẽ recte ꝓnũciandi. Ratio ex debita ꝗtitatis moderatiõe/ & vocum diſpenſatione attenditur: & conſurgit. Tu ergo ſiue pedeſtrem ſiue abſolutam oratiõnẽ proferas/ cãtes/ moduleris regularem dictionum ꝗtitatẽ obſerua. Vt pharetre/tenebre/media nunc correpta/ nunc producta/ prout melior concentus aſſonantia tibi eſſe videbitur effer.

## Documentum de liquidis.

Dic/l/&/r/liquidas/quas/n/m/ſepe ſequuntur.

¶ L/&/r/cõmunes ſunt. Liquide vt iam exẽplis ſatis patuit/ N/ vero/ & M/ nõ minus liqueſcunt ꝗuis id omnibus nõ appareat: ſed hoc. Ideo eſſe arbitror ꝙ eorũ cerebris nondũ inferbuit. Exẽpla igitur ſunt. Cygnus ſignum ichneumon (pro belua ægyptia) polyinneia (pro muſa plurium laudum) ignoſco &c. Auſonius ad pauſinum. Quid refert: cornix non: ideo ante cygnum. Lucreti⁹ libro. vij. Nil tamen eſſe ſigni mixtas potuiſſe creari. Martialis. libro. vij. Delectat mariũ ſi pernicioſus ichneumon. Ouidius li. v. faſt. Diſſenſere deę quarũ polyinneia cœpit: vbi mne/tertia eſt ſillaba. In polyinneia. Idẽ octauo Meth. Debuit illius miſereri & ignoſcere nobis. Sexcẽtis alijs in locis ſimilia reperies exempla. Hic autem de correptione tantum teſtimonia ſcito; quia de ꝓductione nemini dubium eſſe arbitror.

## Quarta generalis regula de dipthōgis.

Dipthongos latias: grecaſq; poeta moratur
Vocali tamen abreuies ſubeunte latinam.

¶ Omnis dipthongus tam latina ꝙ̄ græca In quotacunq; ponatur ſillaba pduci debet. Latina quidem vt audio: euge: cœna: muſæ: omneis. Greca vero vt auſtercon: nomē gygantis. euuangelium: bonum nūcium. Oeagrus: aeacus: propria virorum. Pre tamen in compoſitione ante vocalem latinam corripitur. Licet dipthongo ſcribatur. vt preuſtus: preeo: prehendo: Vergi. eneid. vij. Stipitibus duris agitur ſudibuſue preuſtis. Mathuanus in alphonſo. Sublato genitore preit foribuſq; propinquat. Ouidius. xij. metha. Raptaturq; comis per vim noua nupta prehenſis. Eſt autē dipthongus ne (quid te lateat) duarum vocalium vim propriam retinentium in eadem ſillaba connectio duarum vocalium quidē. nam/i/ & /u/ cum vocalibus in principio dictionum dipthongos non conſtituunt. Vocales enim non ſunt. vt Venus: Iuno: venio iuuo vim ſuam autē &c. quia/u/ poſt/g/q/ & /ſ. Licet vocali cohereat vim perdit vt lingua: ſanguis: aqua: loquor: ſuaue: ſuadeo. In eadem ſillaba vero quia quando vocales ab inuicem diuiduntur dipthongus eſſe deſinit vt phaeton: tydeus: mneſteus. vbi per treis ſillabas proferuntur. Itaq; dipthongus dicitur a dis. i. bis & pthoggos. i. ſonus: quia duarum vocalium pleno effertur ſono. Et ſunt quinq; prout vſui ſufficit/au (vt auſculto) eu (vt euchariſtia) id eſt bona gratia. æ/vt æneas: œ/vt fœnū. & ei/vt plureis.

## Quinta regula generalis de vocali ante vocalem in latinis.

In latijs breuis ante aliam vocalis habetur.

¶ Vocalis ante vocalem quotacunq; in ſillaba dictionis latine corripitur in prima vt deus. In ſequunda vt maria. In tertia vt pretorius. In quarta vt armentarius &c. vn̄ fit vt indoctorū amentiam non parum demirer qui mediā in dictione maria productam. ferūt: cum latina ſit & a nomine latino mari⁹. (quod eſt ſtella maris) deduct a ꝫ. hoc vtiq; doctiſſimus ille Baptiſta mathuanus apertiſſime inſinuat cū ait. lib. ij. parthenices mariane. Propterea magno ſancte dabis omine nate. Fatidicū ductumq; maris de ſydere nomen: & mariam dices &c. Sed quid multis eſt opus: nemo peritorum aliter ꝙ̄ media breui id nominis profert. Sedulius de laude virginis. Quis fuit ille nitor marie quum criſtus ab aluo Proceſſit. &c. Sidoni⁹ in eucha. Veni nūc ſpiritus oro: Pōtiſice dicture tuū qui pectora priſce Intraſti marie &c. Prudetius in pſico-

machia. Nec mea poſt mariam potis eſt preſtringere iura Claudianus ad criſtum ſaluatorem. Queq; vtero marie concluſum numine viſo. Virginei te-nuere ſinus &c. Hec aūt & hic & in apologia nr̄a prolixiuſcule trado. quia pro-fecto quotidie in templis meas aures aſinorum vulgus eius nominis prola-tione grauiter offendit Neq; ignaris ſatis quicq̄ perſuaderi poteſt vt aliquā-do reſipiſcant.

## Exceptiones quinq;.

Fio ni ſubit r/produc cum compoſitiuis

E/nudum ſuper/i/quinte producere debes

Recto quod dat ius nomen produco vocante

Ius tu patrio proſa & numero variabis

Alteri us tamen abbreuians longabis alius

Vocalem ante aliam recte interiectio mutat.

¶ Dicte regule exceptiones quinq; habentur. Quarū. ¶ Prima eſt verbum fio cum ſuis compoſitis ſillabam fi/productam habet: vt fiebam/ fiam/ fiat/ &c. preterq̄ in temporibus in quibus r/literam recipit. quia in illis ſillaba fi/ breuiatur. vt fierem fieri &c. Perſius ſatyra quinta. Cras hoc fiet. Idem cras fiet quid quaſi magnum. Nempe diem donas &c. Idē Satyra tertia. Hæc fie-rent ſi teſticuli vena vila paterni. Viueret in nobis &c. Hic autē ſine cachino traſonem quendam audire nequeo. qui ſe omnes poetas legiſſe & ita expertū loqui gloriatur. Ait tamen Suffio/ infio/ corripiuntur quia a fio longe diſſi-dent. Honeſta ſane: ratio eſt. ſed aut Vergilium non legit aut forte poetam eē negat. qui Georgicorum quarto inquit. At ſuffire timo cæraſq; inſidere ina-nes. Quis dubitet: &c. neq; Lucretium audiuit dicentem libro quarto tranſ-formationum. Aras nec tacita celebres infimus acerra. Tu vero omnia com-poſita a fio: vt defio/ confio/ ſuffio/ infio q̄titatem ſimplicis habere dices. Duo tamen poſtrema actiua ſunt inflectionis quarte & fumigo as. aut fu-mifico cas ſignificant.

Sequunda exceptio eſt. vocalis/e/ per ſe & ſine conſonan-te ſillabam conſtituens ante/i/ in genitiuis & datiuis quinti declinatus pro-ducitur. vt diei/ ſpeciei/ progeniei &c. Dico aūt per ſe & ſine cōſonante: quia ſi conſonantē admittit breuiat. vt rei/ ſpei/ fidei/ nec plura aut certe pauca eiuſ-modi inuenies. Exempla aūt vbiq; crebriora occurrūt q̄ vt hic citari debeāt.

Tertia eſt: Vocatiuus in/i/ cuius nominatiuus in ius/terminatur vocalem ante vocalem producit: vt a Caius cai. a ſtaius ſtai. a pompeius pompei. a vulteius vultei (propria ſunt virorum) Ouidius quarto de pōto. Accipe pompei deductum nomen ab illo. Martialis libro.ij. Quod peto da/Cai non peto conſilium. Quod ſi aliter vſqꝫ reper[illegible]s ſyncreſim eſſe dicito. vt apud Horatium in epiſt. Durus ait vulti nimis attentuſqꝫ videris: vbi vulti pro vultei legis.

Quarta eſt/i/ante u/in genitiuis terminatis in ius/tam in proſa ꝙ in carmine eſt anceps & arbitrarium. nunc enim corripi: nūc produci recte poteſt. vt vnius/vilius/vtrius/neutrius: nullius/ ſolius/ totius/ illius/ ipſius/iſtius/nec plura. Sed alterius breuiatur. Horatius in epiſtolis. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. Alius vero in nominatiuo quidē breuiatur ſed in genitiuo producitur. Manthuanus de expulſis ab italia gallis. Aduolat hinc alius iugulūqꝫ obrumpit. alius. Victor ouans &c.

Quinta eſt. Interiectio cuiuſcunqꝫ fuerit ſignificati vocalē ante vocalem variat. ancipitemqꝫ reddit vt ha/ha/ha/he/vaha/ohe/ &c. Martialis libro quarto/ohe iā ſatis eſt ohe Libelle. Pes primus eſt Iambus: carminis phalentici. Perſius ſatyra prima Auriculis quibus & dicas cute perditus ohe.

## Sexta generalis regula de vocali ante vocalem in græcis & hebreis.

Nos:a:vel:e:ſuper:a:Rapimus græcis & hebreis.

¶ Quia de grecis hebreis/& barbaris dictiōib⁹ plurimū ſolet difficultatis verſari hūc tibi lector ordinē habe. In græcis: hebreis: & barbaris: qbuſcunqꝫ dictiōib⁹ a/ſup a/ vel e/quotacūqꝫ in ſillaba breuiat᷑: vt phraates nomē poete. nauſicaa: filia alcinoi regis pheacū. phaetō: ſolis fili⁹. aello: nomē canis & harpye. danae: mr̄ perſei. paſiphae: minoys crethēſiū regis vxor. aedō: auis (quam phylomelā dicunt) Quum autē breuitati ſtudeam: nec quiſqꝫ in his oppoſitā habeat ſententiam. multa exēplorum inculcatio mihi fore inutilis viſa eſt.

## Documentum.

Habraham: baal: variant: quibus & dabis anus.

¶ Due dictiōes hebree/habrahā/ & baal (ꝓpria virorū) a/ſup/a/ hn̄t ancipitē Habrahā.
Habrahā aūt pater multarū gētiū interpretat᷑. Baal vero (q [illegible] Bala) hyās vel Baal.

deuorator explicatur. Sed hæc ſi in amus exeant carmen multomagis venuſtabunt. Manth. lib. i. Parthe/nar. Lanigeras Habrahamus oues per littora paſcens. Sacra dabat. Idem lib. ii. Et quam fatidico populis Balaamus eois. Carmine prædixit ſtellam. &c.

## Exceptio.

Produc laertes: aer: & quod fit in: ael.

Laertes. ¶ Duo græca laertes/ & aer/ & hebræa omnia in ael terminata/ a/ ſuper/ e/ producunt vt Iſrael/ Michael/ Raphael. &c. Eſt autem laertes/ te/ pater Vlixis & oppidum ab eo in cicilia conditum. Ouid. in Epi. Nam mihi laertes. pater eſt accerſius illi. Aer vero vnum eſt elementorum. Manthuanus de morte contẽpnenda. Vnda ſolum ſubeunt/ mortem ſubit ignis & aer. De his quę in ael

Aer. exeunt nullis foret opus exemplis: niſi imperitorum detegenda eſſet ſtultitia. Sedulius de/ ra/ pal. Iſrael/ es tu rex dauidis & inclyta proles vbi indocti adiiciunt verbum es/ & dicunt Iſrael es tu rex &c. Valerius lib. vi. Argonau. Hic & odoratus fragranti crine michael. Manth. In Alphonſo. Quem tali aggreditur pauidum ſermone Raphael.

## A ſuper: i: in gręcis & hebreis.

A ſuper: i: paucis exceptis gręcia curtat.

¶ A ſup/ i. in gręcis & barbaris quotacũq; in ſillaba breuiatur. In prima quidem vt iais (.i. minerua) naim vrbs aſſyriæ naydus (lybici ducis nomen) Cayſter (fluuius theſſalię). In ſequunda vero vt thebais (opus ſtatii de thebano bello) phocays. i. phocenſis cuiuſmodi fuit pylades. vnde & phoceus cognominatur. Iudaicus. i. iudeus. Alia paſſim ſimilia occurrunt.

## Exceptio.

Lays taygetus: vel mnays: achaya: thays:
Thraycius cum taygete panchaya nays.
Laicus ac homolaydes & genitiuus in ai.
Aut ternus longat: ſed cain carmina mutant.

¶ Græce dictiones vndecim & genitiui: aut datiui primæ declinatiõis in ai ſi-

cat auſai pictai &c. a/ſup/i/producunt. Sed cain nomē hebręū priorem habet
ancipitem Lais propriū nomen meretricis quæ corynthi ſummo in ꝑcio olim Lays.
habita eſt. Propertius. Non ita complebant ephyreæ Laydos edes. Taygetus
vel tayget um eſt mons gręcię frigidiſſimus ꝯtinuo rigens gelu. Luca. lib. v. Taygetus.
Pharſa. Taygeti phama veteres laudantur Athene. Mnays nomen mulieris Mnays.
furibunde. Manth. lib. Epygrammatum. Cernere credideris laceratos Mnay-
dis artus. Achaia regio gręcię ſub quo compręhendes achaicus & achais. nā
pri mitiuorum [illegible] iuatiuorum eadem fere eſt regula. Vergil. ij. Aeneid. Et Achaya.
dana ū ſolite [illegible] achaica caſtra. Ouid. v. Meth. Pars ego nympharū quæ
ſunt in acha[illegible]. Thais nomen meretricis apud Therentium. Philelphus Thais.
i ſatyris: Reſpu[illegible] ſimio fallētē thaida vultu &c. Thraici⁹ cia/cū/ad thraciā re Thraicius.
gionē ſpectās. Boe. li. j. de cōſo. hāc ſi thraicio boreas emiſſ⁹ ab ātro Verberet Taygete.
&c. Taygete. tes vel Taygeta te. agenoris regis phœnicū nata ex vna pelyadū.
Ouid. li. iiij. Maiā & electrā taygetēqȝ ioui. Pāchaia regio Arabię vbi optimū Panchaia.
thus naſcit᷑. Verg. li. ij. Georg. Totaqȝ thuriferis pāchaia piguis arenis. Nais Nais.
Fluuius qui/e/thauro in/ponthum labitur: & nympha quędā violarū. Verg.
ęglo. ij. Ecce ferunt nymphę calathis tibi candida nais. Laicus/Laica/cū/eſt Laicus.
popularis. Laos enī populum ſignificat Philelphus de moribus Ruſticanis.
Principis iratas offendit laicus aures. Hinc & laius proprium viri nōmen. Ho Hōlaides.
molaides/homolaidis. vrbs eſt ſeptem portarū. Statius lib. vij. Thebaydos.
Sphinge per ingentes homolaidas exeat hemon. De genitiuis autem & dati
uis in ai exempla ſunt. Vergi. v. aneid. Aulai in medio libabāt pocula bacchi.
Idem in. vj. Aeneid. Aethereū ſenſum atqȝ aurai ſimplicis ignem. Cain vero Cain.
vt dixi nunc breuiatur: vt apud Māth. li. ij. De calami. Indomita ceruice cain
fraterna peremit. Viſcera &c. Nunc producitur: vt apud Lactantium firmia
num in lib. de inuidia. Quid prodeſt cain ꝙ fratrem occidere poſſit.

## A ſuper: o: & : u: in grecis & hebreis.

A ſuper: o: ſuper: u: tibi gręca vocabula tardant.

¶ In gręcis dictionibus/a/ante/o/vel ante/v/producitur ante/o/quidem vt Aon. Laomedon/Laocoon/Chaon/Lychaon/machaon/vmaon/parthaon/ Amythaon/Dydimaon(ꝓpria fere ſunt virorū) Ante/v/vero: vt menela⁹ Ar chela⁹/nicola⁹/amphyara⁹/ꝓtheſyla⁹(noīa virorū) capharnaū(vrbs iudeę)

## Exceptio.

Aglaophon/chaos/aglaodos/pharaonqȝ phaonqȝ.

Et gabaon breuia/quibus ipſe laodocus addam.

Aglaophõ ¶ Septem dictiones græce/a/ſuper/o/corripiunt. ¶ Aglaophon pictoris nomen. Philel. ſaty. x. Doctus es/aglaophõ: ſed magno cedis appelle. Chaos. Chaos omnium rerum confuſio. Mãth. de contẽpnenda morte. In Chaos antiquum materiamq; rudem. Aglaodos. Aglaodos canis eſt ſplendidos/acutos/& quaſi furibundos habens dentes. Ouid. Meth. vj. Labros & aglaodos & acute vocis hylactor. Pharaon. Pharaon rex Aegyptiorum. Manth. lib. Epygrã. Te precor vt quondam merPhaon. gat pharaona ſub vndis. Phaon puer ipſi Sapho nymphę plurimum dilectus. Ouidius in epiſtola Saphus. Arua Phaõ celebrat diuerſa typhonidos æthnę. Gabaõn. Gabaon vrbs iudeę. Sedulius de lectione euuangelica. Sol ſtetit ad gabaon diuerſaq; lumina traxit. Laodocus. Laodocus proprium nomen viri expeditius interpratatur. Valerius Flaccus li. j. Nititur hinc talaus fratriſq; Laodocus vrget &c.

## Differentia.

## Aoniam muſæ: ſed gallus aonian infit.

Aonia. ¶ Aonia biffariam ſumitur. Primo enim eſt circa boetiam muſarum regio: tunc primam producens. Sequundam corripit: & quicquid ab eo deſcendit. Aonia/ Vergi. Aeglo. vj. Aonas in montes vt duxerit vna ſororum. Sequũdo eſt regio galliæ quæ ab imperitis hannonia appellatur: tunc primam corripiens. ſequundam producit. Petrarcha Epiſto. lib. j. Proxima puluereo ſtrepit omnis aonia campo.

## Exceptio.

## Cranaus/oenomaus/danaus/thalaus/breuiabis.

Cranaus. ¶ Quatuor græce dictiones/a/ſuper/u/corripiunt. Cranaus nomen viri lybci: & rex ſequundus athenarum. Lucretius libro. xj. Cranaus i medijs hoOenomaus ſtem circumdedit aruis. Oenomaus rex elidis qui capita procorum ſuæ filiæ Hyppodamiæ amputata ſuis affigebat foribus. Manth. de Alphonſo. Perdidit oenomaus ſeruatæ iura puellę. Danaus. Danaus/a/um/græcus/ca/cum/Vergil. ij. Talaus. æneid. Aeneas hęc de danais victoribus arma. Talaus vnus argonautarũ. Valerius Flac. lib. j. Nititur hinc talaus fratriſq; Laodocus vrget. &c.

## E ante/a/in gręcis & barbaris.

## E ſuper/a/gręcis carmen latiale moratur.

¶ E ſup/a/in dictionibus græcis pducitur. vt cytherea (venus) Oreas (nympha montiũ) pareas/ree (venenoſus ſerpens) Calliopea (pcipua muſarũ) &c.

Dico autem in græcis. Nam latina corripiunt. vt trabea (veſtis augurum) ardea (auis altiſſime volans) Iuuenal. Satyra. viij. Ancilla natus trabeam & dyadema quirini. Et faſces meruit regum &c. Vergil. j. Georg. Deſerit atq; altā ſupra volat ardea nubem.

## Documentum.

**E/ pre / vocali quauis eus / & thea curtant.**

¶ Græcum quod in eus vel in thea exit / e / ſuper quālibet aliam vocalem breuiat vt therei / thereos / thereo / thereon / therea. Sic orpheus / Thideus / Morpheus / Protheus &c. Item Dorothea / Leucothea &c.

## Exceptio.

**Ilioneus ſimul idomeneus doctus maro longat.**

¶ Duo ſunt nomina græca in eus in quibus propter authoritatē Vergilij / e / ſuper quamlibet aliam vocalem producitur. Dixit enim Aeneid. j. Ilionea petit dextra leuaq; sereſtum. Et eiuſdem lib. iij. Idomenea ducem deſertaq; litora chretæ. Vtrumq; autem eſt proprium viri. Ilioneus. Idomeneus.

**Bractea: carneades: meleagra: leena / reate.**

**Crocea: cyaneæ: baleares: atq; theano.**

**Antheas: artheatę: bareas: boreas: meleagrus.**

**Colchea: & albumea: broteas: lea: ſiue Learchus.**

**Oceanus: tegea: cyneas: & cynea: curtant.**

**Quodq; creos: cleos: atq; neos: theos / indicat addam**

¶ Viginti tres dictiones græcę: & omnes quæ ab vna illarum quattuor particularum (Creos. i. caro) cleos (. i. gloria) neos (. i. nouus) theos (. i. deus) cōponuntur) e / ſuper / a / corripiunt. ¶ Bractea tenuis eſt lamina cuiuſcūq; metalli. Verg. aneid. vj. Ilice ſic leni crepitabat bractea vēto. ¶ Carneades proprium Bractea. Carneades.

nomen philoſophi. Seduſius. libro quarto. Carneadeſq; parem vim gerat
Meleagra. helleboro. ¶ Meleagra oppidum in pelopōneſſo. Statius in ſyluis. Funditus
Leena in rapidas caderet meleagra fauillas. Si nō cauta foret. ¶ Leena femella leo-
nis. Verg. ægloga. ij. Torua leena lupum ſequitur: Lupus ipſe capellam.
Rheate ¶ Rheate tis. oppidū theſſalie & vmbrie. Vnde Veſpaſianus originē habuit.
Crocea. Silius lib. v. Litigijs titubātiā iam exarſura rheate. ¶ Crocea oppidū volſco
Cyance. rum. Statius in ſiluis. Iam ſaxoſa truci labatur crocea bello. ¶ Cyaneæ inſule
ſunt in pontho nauigantibus periculoſe. Hinc cyaneus/a/um. Lucanus libro
Baleares. ſecundo. Cyaneas tellus emiſit in equora cautes. ¶ Baleares inſule ſunt in hy
ſpania in quibus vſus iaciendi. Lapides e funda primo inuentus fuiſſe perhibe
Theano. tur. Silius libro. iij. Ferrea bella ferens balearis & alite plumbo. ¶ Hæc thea
no: huius theanus: vel hęc theana: ne. propriū nomen mulieris & vrbis. Ver
Antheas. gilius. x. æneid. Equalem comitēq; vna quem nocte theana &c. ¶ Antheas
gygantis lybici nomē & regis indie. Philel. de honeſtate regum. Antheas exi
Artheate. mium ſolitus confundere ſceptrum. ¶ Artheate tres ſunt peninſule prope
dalmaciam. Manthu. in ſiluis. Artheate veneto detractant colla leoni &c.
Bareas. ¶ Bareas philoſophi ſtoici nomen. Iuuenal. ſaty. iij. Stoicus occidit baream
Boreas. delator amicum. ¶ Boreas ventus qui & nothus dicitur. Boetius. j. de con
Meleager. ſol. Hanc ſi thraiico boreas emiſſus ab antro. Verberet. ¶ Meleager vel melea
grus. Oenei regis ætholie filius. Iuuenal. ſaty. v. Altilis & flaui dignus ferro
Colchlea. meleagri. Fumat aper. ¶ Colchlea mulieris nomen & pagi. Ouidius in epi.
Albumea. Quod miſer ipſe ſtruit cōiux id colchlea tollit. ¶ Albumea nomen montis:
& qui ex eo ſcaturit fontis. Vergilius. vij. æneid. Confuſit albumea nemorū
Broteas. quę maxima ſacro: Fonte ſonat. &c. ¶ Broteas nomen viri deuorator explica
tur. Ouidius. v. metha. Hinc gemini fratres broteaſq; & ceſtibus hammon.
Lea. ¶ Lea femella leonis: quę per diuiſionem. Leena quoq; dicitur vt nuper oſtē
di. Māthuanus de expulſis ab italia gallis. Non lea ſanguineos per tot diſcri-
Learchus. mina greſſus. Pignora conſequitur. ¶ Learchus Inous nymphę filius. Sta
Oceanus. tius in theb. Semianimē heu leto referens clamore Learchum. ¶ Oceanus
maris deus. vel ipſum mare. Vergilius. ij. æneid. Vertitur interea cœlum &
Tegea ruit oceano nox. ¶ Tegea nomen oppidi & montis in archadia. Papi. lib. vij.
Cyneas. Non tegea non ipſa deo vocat alite fœlix Cyllene &c. ¶ Cyneas montis & vi
ri in eo ſepulti nomen. Lucretius lib. vi. Nec tam theſſalici cyneæ caua viſce
Cynea. ra matres. Quondā effleuerūt &c. Cynea fruticis genus. Macer de vir. herba.
¶ Cynea decoquitur ſucci ſpumantis oliuo. ¶ Quattuor autem particularū
Creos. quę in fine textus anneċtuntur exēpla ſunt. Creos. i. caro. Hinc artocrea eſt pa
Cleos nis carnibus permixtus. ¶ Cleos. id eſt gloria. hinc cleantes: cleadas: clear-
Neos. chus: propria ſunt philoſophorum. ¶ Neos id eſt nouus. hinc nealces: near-
Theos. chus: propria virorum. Neæra: nomē mulieris. ¶ Neapolis noua vrbs &c.
¶ Theos id eſt deus hinc theatrum deorum atrium ſiue aula. Theanum: op-
pidum appulie. Thearus: proprium viri. & cætera.

Documentum,

## Idea/leander/romphea/malea/chorea/
## Mydea/cum platea/& nemea/variare licebit.

¶ Græce dictiones octo/e/ſuper/a/variant anceptq; tam in proſa ꝙ in carmi-
ne relinquunt. ¶ Idea forma ſiue ſpecies oīm rerum quæ inuiſibilis:& in ſe ꝑ- Idea.
petua eſt. Lucretius lib.ix. Ah quid agam:pauidos mihi ſenſus : idea turbat.
Lucilius ad fratrem. Mentem nō idea tuā fatuare ſinetur. ¶ Leander nomen Leander.
adoleſcentis tanto amore capti vt ad amicam fluctus marinos ſepe nudus tra
naret. Oui.ij.lib.de arte. Sepe tua poteras. Leandre carere puella. ¶ Philel.i
saty. Mox appulſa fores:nec eū ceſſiſſe Leandro/Gaudeat &c. ¶ Rhomphea Rhōphea.
Lictorū gladius quo ſontes detrūcātur. Manth.de beata Marga. Sternit:ino
cuumq; haurit Rhomphea cruorem. Valerius Flaccus lib.vj. Equaq; nec fer
ro breuior:nec romphea ligno. ¶ Malea promonthoriū eſt Laconie in cuius Malea.
circuitu admodū periculoſa nauigatio eſt. Propertius. Præbeat hoſpitio ſeua
malea ſuo. Vergi.v. Aeneid. Ioneoq; mari maleeq; ſequacibus vndis. ¶ Cho Chorea.
rea iocularis ſaltus. Ouid.viij.Meth. Immemores noſtri feſtas duxere Cho-
reas. Verg.vj. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt. ¶ Mydea Mydea.
propriū vrbis inſule/& mulieris. Sedulius de præſtantia rerū. Nec veteres an-
tiqua ſuos vult Mydea ritus. Manth.i Epyg. Marmoreoq; ſagax vultus My
dea poliuit. ¶ Platea nomen oppidi. In Boetia & celtiberia/ & quiuis loc⁹ am Platea.
plus/ multūq; habens latitudinis. Hora.ij. Epiſt. Plures ſunt plateę nihil vt
meditantibus obſtet. Māth.de dionyſio. Obſtupuere animis omni fremitante
platea. ¶ Nemęa/nemęe/vel nemęe/ męes nomen mōtis/vrbis/& ſyluę.in ar Nemea
chadia. Verg.de geſtis herculis. Compreſſit nemeę primum virtute Leonem
Statius in ſyluis. Heu ꝙ pręcipiti turbauit dente nemeam Belua &c.

### Differentia.

## Aeneas troię longes/alias breuiato.

¶ Aeneas dux Troianorum mediam ꝓductam habet. Verg.j. Aeneid. Sum Aeneas.
pius Aeneas phama ſuꝑ æthera notus. Aeneades vero ab eo patronomycum
e/ſuper/a/rectius corripit. Idem nono. Aeneade in ferrū pro libertate ruebāt.
Sed Aeneas propriū cuiuſcūq; alterius hominis mediam rectius breuiatam Aeneas.
habet. vt diſtinctionis nota cōprædendatur. Teſtis eſt valla ſuꝑ Matheū hinc
eſt illud ſedulij de vita pauli Aeneas veſtros tenuit meatus pectore fido(ſaphi
cum eſt)cum adonio.

### Differentia.

## Saturni rhea/corripitur/rhomana moratur.

Rhea. ¶ Rhea triphariã accipitur. ¶ Primo em̄ eſt vxor ſaturni: tunc primã corri-
pit. Statius in Achylleide. j. Chreta rhee te longus honos eternaq3 cingunt.
Rhea. Templa &c. ¶ Sequundo eſt mater Rhomuli & Rhemi que alio noie ilia nū-
Rhea. cupatur: tūc primã pducit Verg. aneid. vij. Collis auētini ſilua quē rhea ſacer-
dos. ¶ Tertio eſt culpata ſiue accuſata: & primã etiã corripit: ſed de illo nihil
hic ad ppoſitū. Latinū em̄ eſt adiectiuū. Hic aūt de Gracis loqmur. Māth. de
aga. Iudice ſubvitio virt⁹ rhea ſiſtit: actor. ipietas patrona ven⁹ mēdacia teſtes.

## Dipthongus ante/a.

## Dipthongum ſuper/a/ſemper producere debes

¶ Dipthongus ſicut/æ/&/œ/añ/a/in Grecis dictiōibus producitur. vt/ æacus (achyllis auus) Aſtrea (iuſtitia) galilæa (pars iudeæ) tranſmigratio interptatur. Oeagrus (pater orphei & fluuius Theſſalie) Euboea (pars Græcie) Methanœa penitentia.

## E ante e.

## E/ſuper/e/breuio/tamen eetion remoratur.

Eetion. ¶ E ſuper/e/In græcis corripit vt pholoe/ mōs ſiluoſus archadie. Luca. li. vij. Scilicet ipſe petet pholoen petet ignibus œthon. Sed eetion (rex thebarū in cilicia) primam habet pductā. Ouid. iiij. Faſto. Et tenedon veteres eetiōis opes. Sic & eius deriuatiuum eetionius nia, um. Ouid. xij. Meth. Eetionias impleuit ſanguine thebas.

## æ ſuper e.

## Ae dipthongatum ſuper/e/longare iubebo.

¶ Ae ante/e/i græcis pducit: vt niſæe/es/ propriū nymphe. Verg. vij. æneid. Niſæe/ ſpioq3/ thaliaq3 cymodoceq3. Aeeta/ pater medeæ. Ouid. in epi. medeæ ad Iaſonem. Accipit hoſpitio iuuenes æeta pelaſgos.

## E ſuper/i/in grecis.

## E graium ſuper/i/quis tibi ſyllaba longat.

¶ E ſup/i/quotacūq3 in ſillaba pducitur vt deiphobus viri troiani pprium Verg. vj. æneid. Deiphobūq3 videt lacerū crudeliter ora. Sygeis littus iliacū

& ꝓmonthoriū. Statius i. ſiluis. Qualia ſygeis quondā ſua ꝑgama vidit. Priameius poſſeſſiuū a priamo troianorū rege. Verg. iij. aneid. O felixvna añ alias priameia virgo. Si c Deiopeia (nympha) deiadamia puella deianira amica Herculis/Cybeleius/ia/ium/poſſeſſiuum/a/cybele matre deorum.

### Documentum.

## Nereis/æneis/neipe/pyreicuſq;.

## Ancipiti forma pones vt carmen auebit.

¶ Quattuor dictiones in textu/e/ante/i/variandū pro ratione carminis hñt. Nereis marina dea vel ipm mare. Ouid. lib. xiij. Meth. Diſcedūt placidiſq; natant nereides vndis. Idē ibidē Nerei te vereor tua fulmine ſeuior ira ē. Aeneis opus Verg. de ænea troianorū duce Ouid. ij. Triſtiū. Et tñ ille tue fœlix æneidos author. Idem in. iij. de Pōtho. A eneidos vati grande tuliſſet opus. Neipe pes/propriū mulieris theſſalice. Vale. li. vj. In labētis equę tendentē frena neipen. Lucr. li. vij. Grādia tortilib⁹ neipe frena. Lacertis &c. ꝯtrahit. &c. Pyreic⁹ pictoris nomen. Propertius in. iij. Pyreicus parua vendicat arte Locū. Māth. In Alphonſo. Vel quā praxiteles vel quā pyreicus artem. Edocuit &c.

*Nereis. Aeneis. Neipe. Pyreicus.*

### E ante o in gręcis.

## E gręcum ſuper. o. vates breuiare iubetur.

¶ E ſuper/o/ i gręcis corripitur. vt cleone oppidū achaie nō ꝓcul a corynthe. Lucanus. iiij. Ille cleonei proiecit terga Leonis. Cleorphus A thenienſis philoſophus. Cleopatra regina ægyptiorū. Manth. j. parthe. mari. Meſta vel actiaco fleuit cleopatra tumultu.

### Exceptio.

## Produc Ethneon: deois: ſiue lageos.

¶ Tres dictiōes in textu/e/ante/o/lōgatū hñt. ethneon oppidū i epyro. Macedonius. Viribus ethneon totis inuadere certant. Deois proſerpina Auſoni⁹ ad Theonē. Virgineas iter choreas deoida raptā. Lageos genusvitis delicatū proferens vinū. Verg. ij. Georg. Et paſſo pſithia vtilior tenuiſq; Lageos.

*Ethneon. Deois. Lageos.*

### Documentum.

## Gedeon ſimul eous variare licebit.

¶ Due dictiones in textu/e/ſuper/o/pro metri conuenientia variandum habeat Gedeon iudex & propheta fuit Iudeorum. Manthua. ij. maria. Velleraqꝫ
Gedeon. & ſiccos magni gedeonis imbres. Sidonius in eucariſtico. Firmaſti gedeona tubis incerte canoris. Eos ſine aſpiratione eſt mane ſiue aurora. Hinc eous. a.
Eos. um. prima producta eſt orientalis. Vergi. j. æneid. Eoas acies & nigri mẽnonis arma. Sed heos cum aſpiratione eſt lux ſiue lumen. hinc heous a. um. prima correpta eſt illuminans ſiue clarificans. Vergi. j. Geor. Aut cum ſole nouo terras irrorat heous. Parum ergo vel nihil ſignificatione differunt, ſed q̃titate plurimum diſcrepant quod apertiſſime. Propertius indicat dicẽs lib. ij. Siue illã heſperijs ſiue illam oſtendet heois. Vret & eoos: vret & heſperios.

### Ae ante/o/

## Ae diphthongatum ſuper/o/longare iubemur.

¶ Ae ſuper /o/ in grecis dictionibus producitur vt ægæõ gygantis nomen. Sta. in achylleide. Audierat duros Laxantem ægæona nexus. Sic alchmæon philoſophus atticus. Aeolus rex vẽtoruꝫ: æolia eius regio. æon eſt etas. Mæothis palus in ſcythia.

### Documentum.

## Quod gæ pro terra componit nos Variamus.

¶ Gæ particula græca terram ſignificat. quę quia apud Latinos vario modo
Gæ. ſcribitur. nũc corripi: nunc produci: pro commoditate metri recte poteſt. Vt Gæorgius id eſt terrę cultor. Manth. j. faſt. Miles adeſt prodit nitidis Gæorgius armis. Idem in epygrã. Talia non mauors nõ ipſe gæorgius arſit. Sic gæorgia terræ cultura: georgica quę ad terrã ſpectant. Gæometria de terrę menſuris ſcientia: Geometres vel gæometra terrę menſurator. & alia huiuſmodi prope innumerabilia.

### Oe ante/o/

## Oe diphthongatum ſi vox eſt græca: moratur.

¶ Oe ſuper/o/producitur. Boeotia regio. Ouid. lib. iij. Meth. Mœnia fac cõdas boeotiaqꝫ illa vocato. Sic boeorix galli princeps exercitus aduerſum marium. Homoeoſis: homoeotelenton. homoeoptoton noĩa figurarũ.

### E/ante/u/

## E ſimplex ſuper/u/gręcis breuiare ſolemus.

¶ E ante/u/in græcis corripitur vt Dorotheus: id eſt donatus a deo. Manthuanus in agone diue marguarete. Dorotheum: theodoram: agapen: cum milia nuper &c. Creuſa vxor æneę & mater aſcanij. Vergilius.ij.æneid. Nos contra effuſi Lachrymis coniuxq; creuſa. Sic entheus enthea theum. diuinus na.num. Tymotheus: viri proprium. Matheum genus delicati farciminis. Enganeus: Herculeus: & alia ſimilia. ¶ Dico autem notanter in textu/e/ ſimplex. quia æ/dipthongatum ſuper u/ producitur per generalem regulam de dipthongis ſicut fieri ſolet in eis quæ a græco deſcendunt. Et in eus terminantur vt Arceus id eſt græcus. Ptolomeus: viri propriũ. Chreteus: ex chreta. Hoc autem diligenti orthographorum relinquitur practicandum iudicio

## Produc alpheus: ſpondeus: ſiue maleus:

¶ Tres dictiones/e/ſimplex ante/u/productum habent. Alpheus fluuij & viri proprium. Ouidius.v.metha. Quo properas arethuſa ſuis Alpheus ab vndis. Manthua.j.parthe.ma. Quattuor alpheo: Iudam: Symona: iacobũ. Spondeus pes metricus. Hora.de arte poe. Spondeum ſtabilem non vt de ſede ſequunda &c. Maleus: viri & montis proprium. Lucilius.v. Ecce fugit rapidus diſtricta per arua maleus. Alpheus. Spõdeus. Maleus.

### Oe ante u/

## Oe ſuper u/ſemper longari carmina poſcunt.

¶ Oe ante/u/producitur vt melibœus viri proprium. Vergilius ægloga.j. O melibœe deus nobis hæc ocia fecit. Cœus: viri proprium. Manthua.j.epy. Deformi nimium corpore Cœus erat. Sic Eubœus: Alpheſibœus.

### I ante a/

## I: paruum ſuper a: ſemper breuiare iubemur.

¶ I/ante/a/ſiue latinũ ſiue tenue græcum fuerit breuiatur vt Zacharias: proprium viri. Iuuencus ſuper euuangelium. Zacharias vicibus cui templum cura tueri. Helias: proprium viri. Manthuanus ſequundo parth. Helias ardenti cœlum petiſſe volatu. Sophia: ſapientia: Idem contra impudice ſcribentes Sunt ſophie partes eſt ingeniola matheſis. Harmonia reſonantia. Lucretius libro tertio. Harmoniam graij quam dicunt ꝙ faciat nos. Viuere cum ſenſu. Sic homilia id eſt ſermocinatio. Phyloſophia (amor ſapientię) Theologia

(dei ſermo) Vrania (vna muſarum cœleſtis) explicatur. Symphonia (conſonātia) Euphonia (bonus ſonus) Maria (illuminatrix vel domina) Et ter mille huiuſmodi alia. In quibus rude & ignarū vulgus turpiter obliterare ſolet. Sed tu imprimis caue (ſi ſapis) ne vſu reprobando decipiaris aſinorum.

## I/magnum ſuper/a/produc:quod in/e/bene vertes,

¶ I/magnum ſiue/η/ita græcum quod apud latinos in e/longū vertitur tam in proſa ꝙ in carmine produci debet. Vt alabia id eſt innocentia. Elegia id eſt miſeria. Angaria:id eſt afflictio vel ieiunium:vel locus in quo equi ferratur. Ariſtocratia: id eſt magnatium: principatus. Prophetia; id eſt reuelatio futuri. Dulia:id eſt ſeruitus hominis. Latria:id eſt cultus dei. Energia: id eſt ſubtilitas & excellentia. Epyphania:id eſt apparitio. Eleuchia: id eſt increpatio. Eumenia:id eſt beneuolentia. Hermenia:id eſt interpretatio. Homœomeria:id eſt ſimilitudo partium. yronia:id eſt ſermo menti contrarius. Gaſtrimargia:id eſt gula inordinata. Litania:id eſt ſupplicatio. Læmargia:id eſt ingluuies. Alethia:id eſt veritas. Mantia:id eſt diuinatio. Magia; id eſt incantatio. Aethia:id eſt mergus. Mechia:id eſt adulterium. Pedia:id eſt eruditio vel caſtigatio. Rethoria:id eſt ars rethorica. Thalia:id eſt vna muſarum. Adduntur his pleraq; propriorum nomina.

¶ Amphigenia:vrbs boetię. Aegilia fuit regina theſſalię. Alexandria:vrbs in egypto. Anthiochia:vrbs aſſyrię. Animoria:mōs & oppidum boetiæ. Argia:mulier/ fons/ & regio in achaya. ¶ Item Aſtidamia/ Hyppodamia/ Deidamia/ Anthia/ Syprogenia/ Aphrogenia/ Deiopia/ Eugenia/ Iphigenia/ Hyperia/ Harpia/ Ilithya/ Laodamia/ Langia/ Lygia/ Orithia/ Peridia/ Thias. (Mulierum nomina)

¶ Item Angias/ Iaſius/ Iapetus/ Landrianus/ Ophias/ phlias/ Pryamides. (Nomina virorum)

¶ Item Coronia/ Dia/ Lampia/ Lebadia/ Nycia/ Nicomedia/ Phtia. (Vrbium vel inſularum propria) Multa autem ex his per ei/ dipthongum ſcribuntur. ſed eadem productionis eſt regula. quę quia cognitu perꝑ difficilis eſt tot ſimul in vnum congerere volui. Pauca enim alia huius regule eſſe arbitror.

### Documentum.

## I/variant cyane:diana:polyinnia:plias.

¶ Quatuor dictiones græce; habent Litteram/ i/ ante /a/ communem.

Cyane. ¶ Cyane huius cyanes nympha & fons in quem illa mutata fingitur. Qui

dius libro nono metha. Cognita cyane preſtanti corpore nympha. Ideꝫ in ſecundo de pontho. Quaqꝫ ſuis cyanem miſcet anapus aquis. ¶ Dyana (ſoror phœbi quæ ſiluis preſidet) Vergilius primo æneid. Exercet dyana choros quaꝫ mille ſequute. Propertius libro vltimo. O nunc nec fœlix noſtra dyana venit. ¶ Polyinnia vna muſarum: multarum laus rerum interpretatur. Statius in ſiluis. Vatibus egregiam Largita polyinnia mentem. Idem. Voce polyinniam confuſa mane vocabat. ¶ Plias pliadis: filia athlantis & ſtella. Vergilius primo Geor. Pliadeſqꝫ hiades claraqꝫ Licaonis arcton. Idem. primo æneidos. Arcturum pliadesqꝫ hiades: geminoſqꝫ triones.

Dyana

Polyinnia.

Plias.

LIOTECA UNIVERSI IA GRANADA

## I/ante e/

## I/ſuper/e/breuia: ſed piera/pierus/educ.

¶ I/ante/e/in græcis producitur: vt Hiero (nomen tyranni cyracuſarum) Hiera: id eſt lepra. hinc Hierecomion locus in quo leproſi aluntur. Sed duo produci debent. Piera: regio boetię. Et pierus pater nouem picarum: qui pieriam muſis conſecrauit. Ouidius libro quinto metha. Pierus has genuit pelleis diues in aruis. Quicquid autem de primitiuis Loquor. Itidem de deriuatis cenſeto. vt pieris/pierius. Vergilius in buccolicis. Pergite pierides non omnia poſſumus omnes. Bapti. Manthu. primo. parthe. ma. Sed neqꝫ pierij fontis neqꝫ phochydis vndæ.

Piera

Pierus.

## Documentum.

## Cum priene: gabriel pones vt carmen amabit.

¶ Due dictiones /i/ ſuper e/ variant Priene: regio quæ bianti natalicia fuit. Priſcianus in perihegeſi. Inter milet... currens Latamqꝫ prieneꝫ. Sidonius in panægyrico. Prienæ bia: quod plus tibi turba malorum eſt. Gabriel: nomen archangeli: fortitudo dei interpretatur. Sedulius de laudibus marię. Virgo prius ſeu poſterius Gabrielis ab ore. Vbi ignari verſum corrumpunt. dicentes/ ac/ pro/ ſeu/ Prudentius, de annunciatione. Lucidus acceſſit miro ſermone Gabriel.

Priene.

Gabriel.

## I/ante/i/

## I/ſuper: i: ſemper correptum eſt: vt dijambus.

Diſiambus ¶ I ante/a/in græcis vel hæbreis ſemper corripitur vt diſiambus :pes compoſitus ex duobus iambis. Sicut amœnitas.

### I:ante o.

## I:ſuper:o:breuia:tamen hæc ſubiecta notato.

¶ I ante/o/breuiatur vt Iolas viri propriũ. Vergilius in bucco. Phillida mitte mihi meus eſt natalis iola. Sic & clio nomen muſæ. Ouidius.j.de arte poetica. Non mihi ſunt viſe clio cliuſq3 ſorores. Spio nomen muſæ. Verg.v.æneid. Niſæe/ſpioq3/thaliaq3/cymodoceq3.

### Documentum.

## Ion eſt anceps:ſed doctos conſule vates.

¶ Nomen in ion tertij declinatus/i/ante/o/recte variat. quia fere proprium eſt. Probatos tamen authores fac diligenter imiteris. Dices enim cum Vergilio in bucco. Orpheus in ſiluis:inter delphynas arion. Et cum Horatio in arte poeti. Dictus & amphion thebane conditor vrbis. Vt ego paucis agam hęc melius produces. Ixion/ orion/ arion/ æthion/ hyperion/ pandion/ amphion/ ophiõ/ œdipodion/ iapetion/ methion/ ethion. Et pleraq3 alia. Hęc vero contra rectius corripies. Amphition/ Carmenion/ Chromion/ Dedalion/ Fethion/ Eudimion/ Emathion/ Eurithion/ Aſterion/ Cercyon/ Ethalion/ ion & alia compluſcula.

### Documentum.

## Io:dupliciter variatur:ionia iunges.

¶ Io duobus modis ſumitur. vno modo eni3 eſt mulieris nomen quæ in vaccam mutata fingitur. Altero vero eſt hortantis vel blandientis particula ſed vtroq3 modo ſillabam habet ancipitem. De proprio nanq3. Ouidius (inquit) primo metha. Conſtiterat quocunq3 loco ſpectabat ad/io/ Et idẽ in epiſto. Hypermeſtra ad Linum ait. Quæ tibi cauſa fuge eſt:quid io/ freta longa pererras? De aduerbio vero vel interiectione. Silius ſcribit libro quito. Io/ quiſq3 ſuas in ferru3 pandite vires. Ouidius quinto metha. ait. Dicite io/pœna & io/ bis dicite pœnã. His autem adiungitur Ionia pro regione quia primam etia3 habet communem. quoniam Lucretius inquit libro ſeptimo. Tota redundabit ſacris ionia muſis. Aliter vero. Ouidius. vj. faſt. ait. Nec latiu3 norat quę prębet ionia diues.

Ionia.

## I:ante/u/

## I græcum ſuper/u/vates breuiare iubetur.

¶ I/ante/u/in græcis breuiatur vt Priameius: Iulius: Sergi⁹: Horatius.&c. Idolium idolij parua ſtatua diminutiuum ab idolo.

### Exceptio.

## Hormius:chius:Agenius:dius:Orius
## Cum chrio:gynecia:licia:brauia:dochium
## Sic orthius:prynneſium:ſiue polium
## Et cum ſperchio:debes longare trophium.

¶ Quindeceӡ dictiones græce/i/ante/u/producunt. Hormius.fluuius theſſalie conſecratus muſis. Chius a.um.i.pertinens ad chion (quę eſt inſula in mari ægeo) Agenius nia.nium.i.iuuenis ſine barba. Dius dia dium.i.diuinus. Orius: gygas & fluuius arabie. Chrion: frons arietis & promōthoriū in dalmachia. Gynetium: locus mulierum in ædibus in quo ſole conuerſari ſolent. Lycium: ſchola fuit Ariſtotelis: & gymnaſium Ciceronis apud athenas. Brauium: premium victorie. Dochium: eſt hoſpitium. ſed in compoſito ſepius reperitur vt xenodochium vbi peregrini hoſpitantur. Prochodochium vbi mendici recipiuntur &c. Orthius: mons theſſalie. Prynneſium: nautarum funis. Polium: omnis locus in quo aliquid venditur vt Bibliopolium: vbi libri: Icthyopolium vbi piſces: Oenopolium vbi vinum venundatur: De alijs dic con ſimili modo. Sperchius: fluuius theſſalie. Trophium: locus in quo aliquid nutritur: ſed in compoſitione frequentius eſt vt Icthyotrophium: vbi piſces. Brephotrophium: vbi infantes expoſiti educantur. Pleraqӡ ſimilia paſſim inuenies.

Hormius:
Chius
Agenius:
Dius
Orius.
Chrion.
Gynecium
Liciū.
Brauiū.
Dochium.
Orthius.
Prynneſiū.
Polium.
Sperchius
Trophium

### Documentum.

## Tu graphium ſcaphium pones vt carmina poſcunt.

¶ Due dictiones græce/i/ante/u/variant. Graphium ſtillus quo ſcribimus. Schaphium matula ad ſimilitudinem ſcaphe compoſita. De productione autem nulli dubium eſſe debet: quia apud grecos per ει/ dipthongū ſcribuntur.

Graphium
Scaphium

quæ ſemper apud nos in/i/longum vertitur. ¶ De correptione vero dubitare poſſes. Sed Ouidius in epiſto. ait. Quid digitis opus eſt graphium laxare tenendo? Et Iuuenal. saty. vij. Iam ride poſitis ſcaphiũ conſumitur armis. Con ſimilis vtiq; ratio eſt de quibuſdam proprijs ſicut Eugenius: Darius, &c.

## Differentia.

Arrius eſt proprium: populus dicetur arius.

Arrius. ¶ Arrius Bipharíam ſumitur. quando enim eſt proprium viri primam poſitione producit penultimam vero corripit. Sedulius. Arrius infelix tanta hęc mendacia fudit. Sic & femininu; Arria. Martialis libro primo. Caſta ſuo gladium cu; traderet arria poeto. Sed qñ arius eſt nomen populi: primã corripit

Arius. media producta. Lucanus libro. iij. Subſtringens arimaſpe comas hic fortis arius. &c.

## Differentia.

Bacchius pes eſt proprium tibi bacchius effert.

Bacchius. ¶ Bacchius duobus modis accipitur. vno etenim eſt pes metricus conſtans ex prima breui & duabus longis ſillabis vt honeſtas. tunc mediam longat. Lucretius libro ſeptimo. Baccheis opus eſt Longo reſonare paratu. Altero

Bacchius. vero eſt proprium viri: tunc mediam breuiat. Horatius saty. vij. Compoſitus melius cum bitto bacchius in ius.

## Differentia.

Pro populo Lycium pro phœbo dico Lycium.

Lycius. ¶ Lycius: gentile nomen a lycia regione mediam corripit. Vergilius. j. ænei.

Lycius. Vnam quæ Lycios fidumq; vehebat oronthem. Sed Lycius pro apolline a Lyco ideſt lupo (quia ſicut lupus ore pecudes: ita ſol radijs humorem rapit) mediam producit. Statius libro theba. decimo. Templa Lycie dabis & ditia dona ſacratis.

## O ante/a.

O ſuper/a/breuiant ſicut ſtoa. ſicut oaxes.

Stoa. ¶ O ante/a/in græcis & barbaris corripitur vt ſtoa. i. porticus: ſtoicus: tamẽ

primam producit. Perſius ſaty. v. Stoicus hic aurem mordaci Lotus aceto. O axes Fluuius crethe. Verg. in Bucco. Pars ſcythiam & rapidum crethe veniemus oaxem. Oaxes.

## Documentum.

Demis ioannes/troas/ſyloam variabis.

Due dictiones/o/ante/a/producunt Ioannes nomẽ tetraſillabum ſine aſpiratione: pe ω mega quod ſemper longum eſt: ſcribitur neq; aliter recte / aut ſcribi/aut pferri poteſt. Baptiſta Manth. li. ij. Parth. Kath. Primus ioãnes: operit quẽ lucida veſtis. Hęc troas huius/dis/vel/dos. mulier troiana. Verg. Aeneid. iij. At procul in ſola ſecrete troades acta. Syloa vero vrbs & Flumen galileæ/variatur. Nam Arator inquit. Ille iacebat iners cui proxima mota ſyloa. Sedulius aliter dicit lib. iiij. Accepta domini ſyloam veniſſet ad vndam. Ioannes. Troas. Syloa.

## O ante/e.

O ſuper/e/produc/ſed quę ſunt propria muta:

O ante/e/in græcis & barbaris pducitur vt troes heroes meroes &c. Sed i proprijs recte variatur vt noe/eloe/pholoe &c.

## O ante/i.

O ſuper/i: breuia pirois: ſymoiſq;: probabunt.

O ante/i/breuiatur vt eubois regio pirois vnus equorum ſolis/ſymois fluuius troię. &c. Pirois. Symois.

## Exceptio.

Troilus: oiclus: phoyx: & troia: mois.

Stoicus; eois: & zoilus: atq; lagois.

Obliquos & quę longis ſunt edita produc.

Nouem dictiones in textu/o/ante/i/pducũt Troilus priami filius Verg. Aeneid. j. Parte alia fugiens amiſſis troilus armis. Oiclus pater amphiarai. Troilus. Oiclus.

Phoix. Troia. Mois. Stoicus. Eous. Zoilus. Lagois.

Stati⁹. iiij. Theb. Oiclus trahitur Laceros ꝑ colla capillos. Phoyx vel phoycus/ auis quam barbari meſangam vocant. Lucretius lib. xj. Proh ſuperi qd agam Phoyx per vimina tranſit: Troius/ ia/ ium/ eſt Troianus/ na/ nũ. Verg. j. ęneid. Arma virum tabulæq́ꝫ & troia gaſa per vndas. Mois eſt ancilla Statius in ſiluis. Candida fœlici tramite mois adeſt. Stoicus philoſophãs in ſtoa porticu athenienſi. De quo/ habes in/ o/ ante/ a/ Eous/ a/ um. eſt orientalis. De quo habes in/ e/ ante/ o/ Zoilus inuidus poetaſter fuit qui ſcriptos aduerſus homerum. Libros ptholomeo ægyptiorum regi obtulit grande ſperans inde nanciſci præmium. Sed tandem pro mercede pependit. Atq́ꝫ ideo pro quolibꝫ detractore & inuido qui alios iniuſte repræhendit ac vituperat recte ſumitur. Cornelius de vita alexandri. Zoilus ante fores vigilat cohibete fauillam. Lagois leporẽ ſapiẽs explicat. Eſt ei piſcis & auis cui⁹ carnes leporinũ exhibent guſtum. Ouid. in Epiſt. Non ſane modico priua Lagois erit. ¶ His adduntur obliqui græcorũ nominũ habẽtes/ o/ ante/ i. vt minois/ trois/ herois/ throis. &c. Item & quecũq́ꝫ a ꝓductis deriuata ſunt vt minoi⁹/ Heroicus/ troic⁹. &c.

### O ante o.

O ſuper: o: breuia: ſit laocoon tibi teſtis.

Laocoon.

¶ O ante/ o/ in græcis ſemꝑ corripitur vt Laocoon/ ontis/ viri propriũ Verg. ij. Aeneid. Laocoon ardens ſumma decurrit ab arce.

### O ante u.

O ſuper: u: breuia: ſed deriuata poetæ,

Producunt: iunges achelous ſiue pyrous.

Achelous. Pyrous.

¶ O ante/ u/ in primitiuis corripitur vt panthous/ Alcynous/ Antinous &c. Excipiuntur duo Achelous fluuij & dei nomen. Pyrous herois nomẽ. In deriuatis vero ſemper producitur vt a leſbo leſbous/ a mirto/ mirtous/ a Lathona Lathous. &c.

### V ante reliquas vocales.

V prę vocali quauis: breuiare iuberis.

¶ V in græcis & hebreis ſemper breuiatur cuicũq́ꝫ prę ponatur vocali vt ſuas adis (eſt fidelis cocus) rues/ is/ id quo lathomi gypſum verſant Pruis/ pruidis (fructus ſalicum) fruo/ fruis (miles fortis) &c.

## Septima generalis regula de deriuatis.

Primorum legem tibi deriuata ſequuntur.

Si poſt vocalem nil mutes: dempta videbis:

¶ Tanta eſt ſillaba in deriuatiuo q̃ta fuit in ſuo primitiuo; vt quia ſedeo / de primam habet correptam: ita Sedebam / bo / ſede / ſedeto / ſederem / ſedeaꝫ / ſedete / ſedendi / ſedendo / ſedendum / ſedens / ſedile / & ſimilia / eãdem breuiant. ¶ Et quia præteritum ſedi priorem producit: ita ſederam / ſediſſem / ſederim / ſedero / ſediſſe / ſedes / & ſimilia eandem longant. ¶ Ad hanc tamen regulam quattuor conditiones requiruntur. ¶ Prima eſt ꝙ eadem conſonãs immediate poſt vocalem in deriuato maneat quæ fuit / in primitiuo. propterea hç producuntur. Binus a bis / & vnus. Trinus a / ter & vnus. Bimus a bis & annus. Trimus a ter & annus. Quadrimus a quater & annus. Mobilis a moueo / es. Fomes a foueo / es. Iumentum a iuuo. prælum a præmo / is. Et pleraqꝫ alia quorum primitiua corripiuntur. ¶ Sequunda eſt ꝙ ſi vocalis immediate ſequitur vocalem in primitiuo: itidem faciat in deriuato. Propterea ibo / quibo / numen ſerium &c. Primam longãt q̃uis eo / queo / nuo / ſeorſum (vnde hæc deducta ſũt) eandem corripiant. Tertia eſt ꝙ ſi poſitio eſt in primitiuo eadem maneat in deriuato. Proptera quater / ofella / ſygillum / tigillum &c. Primam corripiũt. Licet quattuor / offa / ſignum / tinnum / eandem poſitione producant. Quarta eſt ꝙ in ſpecialibus regulis expræſſe non contineatur. multa eñi ſuis locis excipienda veniunt vt hæc & ſimilia. Tegula feralis / humor / petus / rex / regis. Lex legis / vox / vocis / vena / rapa &c. Producuntur. Hæc vero dicax / ſtabilis / lotiũ ſopor / nato / tas. Lucerna &c. Contra primitiuorũ naturam primã corripiunt.

## Octaua generalis regula de compoſitis.

Simplex: compoſitumq: modo referuntur eodem.

¶ Simplicis & compoſiti eadem eſt q̃titas. Tam in primis vt / abeo / adhereo inio / is / quę corripiuntur auius / a / um / deuius / deuia / deuium / deduco / educo quæ producuntur. Q̃ in ſequundis: vt lego per lego / facio perficio / taceo reticeo &c. Quę breuiantur. Ledo collido. Ludo illudo / dico benedico &c. Quæ Longantur Regula tamen poſitionis & vocalis attendenda ſemper eſt vt pepeti a / quo repperi. Tuli / a / quo rettuli & præco / preuro &c.

## Exceptio.

Bus: cus: tus: iero: de nubo dico quoqꝫ noſco.

Et iuro: nihilum: commitia ſemiſopitus,

Hanc perimunt normam: ſed connubium variabis,

Bus. Icus. Tus. Iero. Nihilum. Semiſopit⁹ Commitiū

¶ Octo particulę in textu ſimplicis q̄titatem non obſeruant. ¶ Prima eſt nomen in vbus a nubo/bis/vt pronubus/ba/bum/innubus/ba/bū. ¶ Sequunda eſt nomen in icus/a/dico/cis. vt falſidicus/ca/cum/maledicus/ca/cum &c. ¶ Tertia eſt participium in tus/a/compoſitis huius verbi noſco/cis/vt cognitus/ta/tum/a cognoſco/cis/agnitus/agnita/tū/ab agnoſco/cis &c. ¶ Quarta verbum i iero compoſitum a iuro/as/vt peiero/ras/deiero/ras &c. ¶ Quinta/a/ni. i. non & hilum. i. res nullius vel ad modum exigui valoris. De quo Lucretius li. iij. Nil agitur mors eſt ad nos neq̧ pertinet hilum. ¶ Sexta eſt ſemiſopitus/a/ſemis. i. medium, & ſopitus. i. ad ſomnum excitatus. In his em ſyllaba ipſa corripitur quę in ſimplicibus producta eſt. ¶ Septima commitium a cum. i. ſimul & itum/itu/ſequundam longat cum itu ſimplex corripiat. Eſt autem commitium concurſus populorum ad eandem rem diffiniendam conuenientium/qualis in magiſtratibus eligendis olim romę fiebat. Statius in ſiluis Anxia ſollicitis ceſſant commitia curis. ¶ Octaua eſt Connubium. i. matrimonium ſequundam habet ancipitē. Verg. iiij. æneid. Cuiq̧ loci leges dedim⁹ ꝯnubia noſtra. Idē in. j. æneid. Cōnubio iungā ſtabili ꝓpriaq̧ dicabo.

## Differentia.

Ambitus eſt ſubſtans/ambitus mobile fertur.

Ambitus.

¶ Ambitus bipharíam accipitur. Vno quippe modo eſt ſubſtātiuum media correpta & circuitum vel cupiditatem honorū ſignificat. Horatius de arte. Et properantis aquæ per amenos ambitus agros. Claudianus in. iij. de conſola. honorij. Cūm q̧ ſuo vehemēs expellitur ambitus auro. Altero vero eſt adiectiuum participiale media producta contra naturā ſui primitiui (ambitum/tu) quod a ꝓpoſitione græca an. i. circum & eo/is/componitur. Itaq̧ ambitus/ta/tum/eſt circundatus/ta/tum. Ouidius. j. Metha. Iuſſit & ambire circundare littora terræ. ¶ Dic ergo puer Ambitus vitijs eſt quem vafer ambitus vrget.

Ambitus.

Nona generalis regula de particulis/ſe/di/re/ & pro/in compoſitione.

Se/di/producens: breuia dirimo atq̧ diſertus.

¶ Se/& di/in cōpoſitione ꝓducūtur vt ſeduco/diduco/ſemoueo dimoueo &c. Se & di.
Due tamen dictiones latine corripiunt di/ſcilicet dirimo mis/i/diuido Perſius Dirimo.i.
Saty.j. Et qui ceruleū dirimebat nerea delphin/ diſertus/ta/tum.i.eloquens Diſertus.
& facundus. Horatius in Epiſto. Fœcundi calices quem non fecere diſertum.
Securus autem a ſeorſum/& cura/componitur. Atq3 ideo prima ꝓducta eſt
ſed hæc ſecuris a verbo ſeco/cas/deducitur. Et ita primam corripit. ¶ Dic ergo puer. Nō ſunt ſecuri qui præbent colla ſecuri.

## Re:in compoſitione,

### Lex/re/tibi breuiat:refert/res demere cogit.

¶ Re præpoſitio inſeparabilis in cōpoſitione corripitur vt reduco/reſurgo/redeo &c. Sed refert imperſonale verbum ex nomine res/ & verbo fert compoſitum ſillabam/re/productam habet. Verg. in Georg. Eſt numerus neq3 enī nu Refert.
merum compræhendere refert &c. Significat autem quaſi intereſt/vtile/ aut
neceſſarium eſt ſemperq3 genitiuum efflagitat/præter hos quinq3 ablatiuos/
Mea/ Tua/ ſua/ noſtra/ & veſtra. Lucre.li.vij. Quid noſtri iam prome tua ſtul- Refert.
tiſſime refert. Sed refert perſonale a refero priorem corripit. ¶ Dic ergo puer.
Iuſte pauca refert:cuius diteſcere refert.

## Documentum.

### Hęc reperi retuli repuli geminatio mutat.

¶ Tria ſunt verba quorum præterita & tempora inde formata nunc geminata conſonante primam producunt:nunc præſentis naturam ſequendo eandem corripiunt vt a reperio:reperi/vel repperi. Vtrumq3 Auſonius ſic connectit in Egygramma. At qui condiderat poſtq̄ non repperit aurum. Aptauit collo quem reperit laqueum. A refero/fers/rettuli/vel retuli. Hora. in Epiſt. Libro ſequundo Rettulit acceptos regale numiſma philippos. Catul. Si reditum retuliſſet is hoc in tempore longo. A repello/lis/reppuli/vel repuli. Claudia/in tertio Conſul. Hono. Vertit in authores & turbine reppulit haſtas. Ouidius in Epiſtolis Med. Quæq3 feros repuli doctis medicatibus ignes. De ſupinis autem & inde formatis eadem eſt ratio. Lucretius namq3 ait libro ſequundo. Ad rurſum celi rellatum templa receptant. Iuuenalis vero aliter. Dixerit aſtrologus credent a fonte relatum &c. Hæc tuto potes imitari:ſed alia ſicut reficio/reſcido/reduco/ quæ rariſſime apud quoſdam/ inueniuntur tanq̄ i mari ſcopulus tibi fugienda ſunt.

### Differentia.

## Compoſitum ex iacio duplum: ij: ſimplumq; docebit.

¶ Compoſitum ex iacio.cis/ quoties duplex/ ij/ retinet primam ſillabam poſi=tione Longat: ſed quoties vnum deponit eande breuiat: vt Reijcio/ cis. Verg. in Georg. Reijce ne maculis infuſcet vellera pullis. Papi. lib. iiij. Thebai. Te=la/ manu reicitq; canes in vulnus hiantes. Sic adijcio/ cis. Ouidi. namq; ait. Adijce troianai ſuaſorem anthenora pacis. Martialis vero aliter lib. j. Si quid noſtra tuis adicit vexatio rebus. Itē abijcio vel abicio/ ſubijcio/ cis/ vel ſubicio cis/ obijcio/ cis/ vel obicio/ cis. Et ſi qua ſunt ſimilia. &c.

### Differentia.

## Grecum corripitur noſtrum pro rite moratur.

Pro.

¶ Particula pro in compoſitione/ greca corripitur vt prologus propheta pro=lepſis propontis &c. Sed in compoſitione latina producitur vt profero proficio protenus procipio &c. Vide tamē accurate ne( vel a prope deſcendant ſicut p=pero properas properus/ propinquus) vel ſimplicia ſint: vt ꝓbo/ probus/ probrū quia in talibus ſillabis pro/ breuiatur.

### Exceptio.

## Cum proficiſcor erunt breuianda profecto proteruus.
## Et que cella nepos neptis fugio fugophanum.
## For feſtum fateor fundus componere cernis

¶ Tredecem ſunt dictiones Latinę in quibus & in quarū deriuatis pro/ ſem=per corripitur. ¶ Proficiſcor. ceris/ profectuſſum: eſt vado/ dis. Propertius li. iij. Magnum iter ad doctas proficiſci cogor athenas. ¶ Profecto affirmandi aduerbium/ eſt vtiq; vel certe. Horati. de arte. Partes in bellum miſſi ducis il le profecto &c. ¶ Proteruus/ ua/ uum/ petulans & ſuperbus qui omnia prote rit & quaſi pedibus conculcat. Oui. de arte. Multa miſer timeo quia fecit mul ta proteruus. ¶ Procello/ is/ eſt procul & impetuoſe iacio. Lucretius lib. vj. Turbinis in morem prouomit, atq; procellit. ¶ Pronepos filius Nepotis. Ouid. x. Meth. Eſt neptunus auus: pronepos ego regis aquarū. ¶ Proneptis filia neptis. Perſius Saty. vltima. Iam reliqua a ex amitis patruellis nulla pro neptis. ¶ Profugio/ gis/ eſt procul & velociter abſcedo. Valerius Flac. li. xij.

Proficiſcor. Profecto. Proteruus. Cella. Nepos. Neptis. Fugio.

Contingat mihi deinde mori:ſic fata profugit. ¶ Profugo gas:eſt longe re= Fugo.
pello. Lucretius libro.ix. Hunc recipit dominum ſibi quem ꝓfugare ſolebat.
¶ Prophano nas. rem ſacram impie & irreligioſe deſtruo: Ouidius in epiſt. Phanum
Scilicet omne ſacrum mors importuna prophanat. ¶ Profor faris. aperte lo=
quor. Vergilius primo æneid. Tum breuiter dido: vultum demiſſa profatur.
¶ Profeſtus ta.tum. dicitur de omni die in quo priuatis publiciſq; negocijs Feſtum.
operam nauare licet: vtpote qui non eſt feſtus. Auſonius. Studium puerile
fatiſcit. Leta niſi aufferis variantur feſta profeſtis. Turpiter igitur errant qui
pro vigilia feſti profeſtum dicunt. ¶ Profiteor eris. profeſſus ſum. eſt palam Fateor
& aperte loquor. Ouidius de ar. Vtilitas lateat quod non profitebere fiet.
¶ Profundo dis. eſt multum abundanterq; fundo. Ouidius de pontho. Di= Fundus.
ra procelloſas ſcylla profundit aquas. Hic autem & vbiq; alias primitiua tan=
tum pono: in quibus deriuata quoq; intelliguntur vt quẽadmodum profun
do primam corripit. Ita etiam profundens/profuſus/profuſurus/ profunden=
dus/profundus da.dum. profuſio/profuſor/ &c. De alijs dic pari modo.

## Documentum.

## Mutant procuro/ propello/propino propago.

¶ Quatuor ſunt dictiones latine in quibus & in quarum deriuatis particula
pro/ſecundum metri commoditatẽ variatur. ¶ Procuro as. eſt prouideo. Procuro.
Horatius in epyſt. Hęc ego procurare & idoneus imperor & non. Inuitus. &c.
¶ Tibulus. Ipſe procurauit ne poſſent ſeua nocere. Sopnia. ¶ Propello lis. lõ Propello.
ge vel multum trudo. Lucretius libro. iiij. Atq; alium preſſe/propellens æra
voluit. Idem. Eſt procul a tergo quę prouehat atq; propellat. ¶ Propino: as. Propino.
alterum potu prouoco vel potandum fundo. ¶ Martialis in. xij. Hoc quoq;
nonnihil eſt quod propinabis in iſtis. Idem ſeptimo. Nemo propinabit calidio
ra tibi. ¶ Propago as. genero vel produco. Lucretius. libro. j. Propagare ge= Propago.
nus poſſet; vitamq; tueri. Idem. Nec ratione fluunt alij ſtragemq; ꝓpagant.

## Differentia.

## Vitis propago: ſuboles eſt dicta propago.

¶ Quanq; propago verbum: pro quocunq; ſignificato primam habet com=
munem. tamen propago nomen bifhariam ſumitur. Eſt enim vinea. tunc pri
mam producit. Vergilius. geor. ij. Siluarumq; alie preſſos propaginis arcus Propago.
Eſt etiam progenies: tunc primam corripit. Verg. æneid. vj. Si romana potẽs
itala virtute propago. ¶ Dic ergo puer. ¶ Cum propago perit: Francona pro= Propago.
pago gemiſcit.

## Differentia.

Eſt quero/procio: ſed prouoco procio ſignat.

Procio. Procio.

¶ Procio cis. duobus modis accipitur. Vno enim eſt quero queris. tunc primam vbiq; & ſimiliter ſecundam in ſupinis procitum/procitu/corripit. Ouidius in faſt. ¶ Ingenti clamore procit quem paſſibus equat. Altero vero eſt prouoco ſiue laceſſo. tunc primam vbiq; & ſimiliter ſecundam in ſupinis procitum procitu Longat. ¶ Pap. in ſiluis. ¶ Hunc illum feriam quem tu procire vereris. ¶ Dic ergo puer. ¶ Illum nemo procit: qui cunctos verbere procit.

## Decima generalis regula. de/i/&/o/in compoſitione.

I: vel: o: corripies: in partis fine prioris.

¶ Compoſita dictio cuius prior pars in/i/vel in/o/finitur ſiue latina ſiue græca fuerit illud/i/vel/o/breuiat vt Lucifer: omnipotens: ſacrifico; belligero: Antidothon: enthymema: Chyroteca: Leucothea: dorothea. &c.

## Exceptio prior.

Ire: vbi: ſcire: dies: ibi: ſi: vel tibia natum.

Et quod ſit tantum ex caſu: producere debes.

Ire. Vbi. Scire Dies. Ibi. Si. Tibia.

¶ Septem ſunt dictiones in quarum compoſitis littera/i/producitur. ¶ Ire: a quo: Ilicet: interiectio extremam rei neceſſitatem aut finem demonſtrans. Vergilius æneid. ij. Ilicet obruimur numero primuſq; choreb us. ¶ Vbi/a/quo: vbiq; vbidem: vbiuis: vbilibet &c. Manthuanus in epiſt. Diuitie regnãt pauper vbiq; iacet. ¶ Scire/a/quo ſcilicet particula: vel ironię vel affirmationi conueniens. Perſius ſaty. prima. Scilicet hæc populo pexuſq; togaq; receti. ¶ Dies a quo meridies/meridio as. meridior meridiaris. pridie/poſtridie Ennius libro ſequundo. Corpora laſſa miſer ſua pane meridiat atro. ¶ Ibi a quo Ibidem. Iuuenalis ſatyra. v. Vel ſi quando datur cuſtos affixus. Ibidem. ¶ Si a quo ſiquis: ſiqua: ſiquod: Manthuanus ægle. iij. Siqua placent abeunt inimica tenacius herent. ¶ Tibia: a quo tibicen: tibicina: tibicinor: aris. &c. Horatius de arte. Tibicen didicit prius: extimuitq; magiſtrum. ¶ His autẽ adduntur oĩa quę habent i. fine prioris partis. non ratione cõpoſitionis. ſed ſolum ratione caſus vt quãticũq;: tantidem: eidẽ: cuiq;: cuiuslibet: cuiuis: qualicũq; &c. quorũ nominatiui ſunt quantũcũq; tantũdem/Idem/quiſq; quãtũlibet: quãtũuis/qualiſcũq;. in quibus illud i/corripiendum non inuenitur ergo ratione ſolius caſus longatur. ¶ Sta. viti, theba. Quanticunq; cruor

conſtet deſiſtere neſcit. Manlius libro.ij. Omne quide ſignum ſub qualicūq; figura.

## Exceptio poſterior.

Minotaurus: leucopetra: theophila produc

His lagopus & ortodoxa geolophus addas.

¶ Sex dictiones compoſite literam/o/in fine prioris partis producunt. ¶ Minotaurus monſtrum quod minos rex chretenſium & taurus ex paſiphę generarunt. ¶ Vergilius æneid.vj. Minotaurus ineſt veneris monumenta nephāde. ¶ Leucopetra nouus artifex. Martialis in epi. Ha[illegible] togam qua leuco[illegible] polluit. ¶ Theophila mulieris propriū; deitatis amatrix interpretatur. Ouid. in epiſt. Perſide nil curas q̃ mœſta theophila plo[illegible]. ¶ Lagopus velox: quaſi leporarios habens pedes. ¶ Papini. in ſil. Intentata quidem Lagopus vulnera fugit. ¶ Ortodoxus xa. xum. recte & vere docens. ¶ Prudentius. Ortodoxa fides quę dat pręcepta ſequamur. ¶ Geolophus terre [illegible]tator vtpote qui metallorum venas exquirit. Ouidius de pontho. Inſpect[illegible] arg[illegible]tus tellure geolophus eſſet.

Minotaur⁹. Leucopetra. Theophila. Lagopus. Ortodoxa.

## Documentum.

Quotidie: ſiquidem: geometra: vbicūq; ſit anceps.

¶ Quatuor dictiones habent/i/vel/o/in fine prioris partis variandū. ¶ Quotidie/a/quo quotidianus na. num. Catul. ad manlium. Coniugis in culpa flagrauit quotidiana. &c. Martial. lib. x. Lenis dropaca, tu quotidiano (Phalenticum carmen) ¶ Siquidem rationatiua coniunctio vel affirmationis aduerbium eſt. ſi/vel/quia/certe. Ouidius. iiij. faſto. Hoc quoq; tentemus ſiquidem ieiuna remanſit. Seneca. in her. fu. Siquidem noſtros peperit furores (Saphicum eſt) ¶ Geometer vel geometra terre menſurator. Iuuenal. ſaty. iij. ¶ Grammaticus rethor geometer pictor aliptes. Lucretius, libro quinto. Quod petis emenſa regione geometra dicet. ¶ Vbicūq; /i/in omni loco. Mātuanus de alphonſo. Flebilis irridetur inops vbicūq; locorum. Ouidi⁹. viij. meth. Seruor[illegible] vbicūq; eſt. vni mea gaudia ſeruo.

Quotidie. Siquidem. Geometer. Vbicunq;.

## Differentia.

Hoc breuiatur Idem: ſed mas producitur idem.

¶ Ideȝ quod ex pronomine/is/& aduerbio demuȝ/i/tandē. vel iterū cōponit. In gn̄e maſ. priorē ꝓducit. Hora. in epi. Percūctatorē fugito. nā garrul⁹ idē ē.

Idem.

Idem. Sed pro neutro eandem corripit. Perſ. Saty. v. Cras hoc fiet idem: cras ſiet quid quaſi magnum. ¶ Dic ergo puer. Qui ſecum eſt ideꝫ cor ſibi ſeruat idẽ.

## Vndecima generalis regula de pręteritis.

Primam pręteriti cui bina eſt ſillaba produc.

¶ Præteritum duarum ſillabarum priorem habet productam. vt vidi/ fugi/ Legi/ Laui &c. De temporibus autem a præterito formatis eadem eſt regula: vt viderem vidiſſem/ viderim/ videro & vidiſſe/ de aliis pariformiter cõiecta.

## Exceptio.

Do/ bibo/ ſindo/ fero/ ſto/ ſcindo/ tranſita curtant.

Do. Bibo. Fido. Fero Sto Scindo ¶ Sex præterita diſſillaba priorẽ corripiunt/ dedi/ a/ do/ das/ bibi/ a/ bibo/ bis/ fidi a findo dis/ tuli/ a fero fers/ ſteti a ſto/ ſtas/ ſcidi a ſcindo/ dis. De his auteꝫ in quibus vocalis immediate præcedit vocalem ſicut rui/ lui/ elui &c. In præcedentibus ſatis dictum eſt. Aduerte tamen ꝙ dedi præteritũ a do/ das/ priorem corripit: quam dedit præſens a dedo/ dedis/ ꝑducit. ¶ Dic ergo puer. Cui dis menda dedit vitiis ſua pectora dedit.

## Documentum.

Pręterito geminam rape/ cedo/ pedoq; demas.

Cedo. Pedo ¶ Præteritum geminans primam ſillabam habet vtramq; ſcꝫ primam & ſequundam correpta: vt/ a/ pario/ ris/ peperi/ peperiſti &c. A tõdo/ dis/ tutudi/ A pango/ gis/ pepigi. a pungo/ gis/ pupugi &c. Sed cecidi a cedo (.i. percutio) & pepedi/ a pedo pedis (.i. poſtico crepitum facio) primam quidẽ breuiant: ſed ſequundam longant. Iuuena. ſaty. iii. Ebrius ac petulans qui nullum forte cecidit. Horatius. Nam diſploſa ſonat ꝗtum veſica pepedit. Inter cecidi a cado/ dis & cecidi. a cedo differentiaꝫ ex hoc verſiculo fac ediſcas. In bello cecidi multos tamen ante cecidi. Quicquid autem vel hic vel vſ ꝑ alibi audis vide legem deriuatiuorum memoria ſtudioſe contineas. Nam quod dicis de cecidi. Itidem eſt dicendum de cecideram/ cecidiſſem/ ceciderim/ cecidero/ & cecidiſſe. Neminem vero latere arbitror duarum conſonantium poſitione debere produci propterea in his & ſimilibus prima correpta ſequunda longatur totundi/ momordi/ ſpopondi pependi tetendi &c.

## Duodecima generalis regula de ſupinis.

## Longa ſupina tene diſſyllaba: parte priori.

¶ Supina duarum ſillabarum priorem longant vt viſum viſu. luſum luſu. leſum leſu. viſum viſu. Et quæ inde deriuantur omnia.

### Exceptio.

## Do: ſero: eo: cieo: queo: vel ſino: ſiſto: lino: ſto:
## Et reor: atq; ruo: ſuo: ſunt breuianda ſupinis.

¶ Duodecim ſunt ſupina diſſyllaba quę priorem corripiunt & quicquid inde
deriuatur: datum datu: a do dos. Ennius. Iam negat ire datum quod ei promi Do.
ferat olim. Satum ſatu: a ſero ſeris. Lucretius. li. xv. Currit turba ſatum belli Sero.
venientibus aliis. Itum itu: ab eo is. Lucilius lib. iiij. Non ſatis vxor erat: ſed Eo.
itum eſt in viſcera matris. Citum citu a cieo cies id eſt voco vel moueo. Man Cieo.
lius libro. iiij. Accelerare citum qui teq; tuoſq; trucidēt. quitum tu. a quęo Queo.
quis. Valerius flaccus. vj. Vi: vel fraude: quitum eſt ſceleratas fingere cauſas. ¶ Situm ſitu: a ſino nis (ideſt permitto) Cornelius de vita alexandri. Ite Sino.
ſitum quecunq; volunt: pacemq; referte. Statum ſtatu: a ſiſto ſiſtis id eſt (cōfirmo vel conſtituo) Statius in the. Ardes ire ſtatum quod diſperiiſſe nequibit. Litum litu: a lino nis (id eſt perfundo) Ouidius. iij. libro ſine titulo. Non Lino.
ſunt iſta litu potiora miſerrime coiux. Statū tu. a ſto tas. Silius lib. x. Ire ſtatum ad muros ardent cuneoſq; tueri. Ratum tu. a reor reris (id eſt opinor vel Reor
exiſtimo) Manthuanus in vita nicolai. Non leuia iſta ratu ſunt quę promittere tentas. Rutum tu. a ruo ruis (id eſt cado vel velociter curro) Lucretius li. Ruo
nono. Trudebantq; rutum ſtygias truculenter in vndas. Futum futu: a fuo Fuo.
is. id eſt ſum es eſt. quod ne in viſu eſſe dubites. Vergilius æneidos nono ait.
Tros italus ve fuat nullo diſcrimine habebo. ¶ De primitiuis autem exemplatum eſt vt de eorum deriuatis ſimilia concipias. Moneantur ergo pueri: vt a ſupinis deducta animaduertant. Nā ſicut datū datu: priorem breuiat. Ita datus ta. tum. daturus ra. rum. Hic datus huius datus: hec datio nis. hic & hec dabilis & hoc dabile. hic dator. hec datrix. &c. Tu de aliis mō ſimili practica.

(Sisto. Sto. — margin keywords at the lines beginning "ſitum quecunq;" and "ſunt iſta litu")

### Documentum.

## Staturus produc & quod ſto: ponit in atum.

¶ Participium ſtaturus ra. rum. primā habet longam. Et quoties compoſitū a ſto tas. habet atū in ſupino ſillaba/ſta/tam in ſupinis ꝙ in deriuatis producitur. Lucanus. li. ij. Hinc acies ſtatura ducū ceſar ne ſenatus. Sic obſto obſtatum tu. &c. preſto preſtatū tu. Papinius. vij. theba. Quæ ſic orſa prior ſpes Staturus.

ne obſtatura pelaſgis. Ennius. Preſtatura fides quod nō explebitur vnq̄. Vbi vero eiuſmodi compoſita mutant/a/in/i/primitiui regulam ſeruant vt conſtitum tu. Pręſtitū tu. &c. Horatius. vij. ſermo. Preſtita ſunt rapide longis ob tenta diebus. De dictione ambitus habes ſupra.

## Differentia.

De cio produces: quod de cieo breuiabis.

Cio. Cieo. ¶ Q2 ꝙ cieo es. & cio cis. eiuſdē ſint ſignificati quod eſt voco vel moueo. ſilla ba cum in ſupinis & eorum deriuatis tam in compoſito ꝙ in ſimplici a cieo breuiatur, quæ a cio longatur & ita anceps dici poteſt. Ouidius. ij. meth. Hic citus eſt phæton currus auriga paterni. Cornel. de vita alexandri. Impetib⁹ magnis crudelem citus ad iram. Ouid. ij. metha. Nec fruitur ſopno vigilantibus excita curis. Luca. li. j. Rupta quies populi ſtratiſq; excita iuuentus. Parimo do de concitus/accitus/percitus/ & alijs dicendum.

## Documentum.

Vocalem prę: tum: quod de: vi: naſcitur educ.

¶ Verbum mutans vi pręteriti in tum: ſupini producit vocalem ante tum: quotecunq; coniugationis fuerit vt amaui amatum. moui motum. petiui petitum. audiui auditum. De deriuatis tamē annotato quoties vocalis ante tu; primitiui non mutatur: ꝗtitatem primitiui ſeruat vt a dormitū dormitu. dor mito dormitas. dormiturio dormituris &c. ſed quando/a/mutatur in/i/ contra primitiui naturam breuiatur: vt rogito rogitas. Lectito/ factito/ ſcriptito/ &c. vt a rogatum/ lectatum/ factatum/ ſcriptatum. &c.

## Documentum.

Voluo: obliuiſcor: iraſcor: ſoluo potitus

Dictis iunguntur: ſed pectitum variabis.

Voluo. Obliuiſcor Iraſcor. Soluo. Potior. Pecto. ¶ Quinq; ſunt verba quę licet regularem formationem non habeant ſub dicta regula debent contineri. Voluo voluis volui volutum. Obliuiſcor obliuiſceris oblitus tum. iraſcor iceris. iratus iratū. Soluo ſoluis ſolui tum. Potior potiris potitus tum. quorum ſignificata ſatis liquere arbitror. Sed pecto pectis quia pexui & pectiui quōdā in preterito habuit: mediam in pectitum pectitu. & in omnibus quę inde deriuantur habet communem. Lucretius libro

ſeptimo. Fucatam pectita cuteꝫ ſtat forcipe curuo. Columella libro.xj. Vertū ſibi iam puro diſcrimine pectita tellus. Ne autem (quid te fallat) Nota ꝙ oblitum tu, oblitus ta:tum. obliturus tura:rum. ab obliuiſcor mediam longam habet quam ab oblinor neris. verbo paſſiuo (.i. perfundor vel vngor) breuiat ¶ Dic ergo puer. Oblitus erratis: oblitus ſydera viuit. Vel ſic. Eſt oblita deū mens turpibus oblita culpis.

## Decimatertia gñalis regula de cremēto verborū.

Vltima vocalis quam dat perſona ſecunda

Actiue vocis prima eſt creſcentia verbi.

¶ Primum verbi crementum eſt vocalis que fuit vltima in ſecunda perſona ſingulari preſent' indicatiua actiue vocis ſiue ficte ſiue proprie. vt amas/amabam/amaui/amaueram/amabo. &c. Doces/docebam/docebo &c. Alie vero vocales media crementa appellantur. vt tertia in amaueram/docueram. Legebamus audiebamus &c. Sed vltima ſillaba crementum nunꝙ dici debet. In deponentibus aūt & communibus actiuum ſue coniugationis fingito vt ab oſculor: oſculo oſculas. a vereor: vereo veres. a ſequor: ſequo ſequis. a largior largio largis. &c.

## Crementū per a/

A: creſcens longum eſt: ſed primum: do: breuiabit.

¶ A/ in omni cremento verbi producitur. vt amabamus ſtudebamus criminabamur. &c. ſed primum crementum in do das & eius compoſitis venundo peſſundo/circundo/corripitur. vt dabam dabo. venundabam venūdabo. &c. Dico autem primum crementum per/a/ quia ſecundum vel tertium etiam lōgatur. vt dabamus/dederamus/ & ita in compoſitis.

## Crementū per: e:

E: creſcens longum forma quacunꝗ repones.

¶ Vtrūqꝫ cremētū per/e/ ſiue ſequat͛/r/ ſiue nō ſequat͛ in quotalibet cōiugatione ꝓducitur vt amauerunt vel amauere. amemus/amauiſſemus/ amauerimus. docemus doceba docuerūt vel docuere. docebo/docerē/docere. Legebā legerūt vel legere. legemus legiſſem⁹. Audiebam audierūt vel audiere. audiemus audiremus audiuiſſem⁹. Tu in paſſiua voce ſimiliter practica.

## Documentum.

Ram/rim/ro/beris/& præſens quod tertia donat.

Cum ſocio/præterq̃ reris ſemper/e/curtat.

¶ Regulas quatuor hic habes. ¶ Prima eſt/e/ante ram/rim/ & ro/ in omni coniugatione breuiatur vt amaueram/amauerim amauero/ docueram docuerim/ docuerim docuero/audieram/rim ro. ¶ Sequunda beris/& bere / in futuro indicatiui vocis paſſiue ſemper corripit ur vt amaberis vel amabere doceberis vel docebere partiberis vel/re. &c. ¶ Tertia/ e/creſcens in preſenti cuiuſlibet modi tertiæ coniugationis & in præterito imperfecto coniunctiui ſemp curtatur vt idicatiuo Legeris vel legere imperatiuo legere. Optatiuo Legere vel legerer præterito imperfecto coniūctiui legerem vel legerer. Infinitiuo legere. Quarta reris & rere/ in omni coniugatione producitur vt amareris /vel amarere/docereris/ vel docerere/legereris vel legerere audireris vel audirere.

## I.

I tibi correptum flexu quocumq; locatur,

¶ Crementum per / i/in omni coniugatione breuiatur vt amauimus amabimus amauerimus/ docuimus/docebimus/legimus/legite/legerimus. &c.

## Documentum.

I: primum quartę non pręteritum/ſimul iui.

Et quę/ſum/nolo/volo/dant/: producere debes,

¶ Hic tres regulas habes. ¶ Prima eſt primum crementum per/i/ quarte cōiugationis non præteriti temporis longatur vt audimus/audite/audirem audire. &c. ¶ Dico autem/i/primum quia/ i/ſequundum corripitur: vt tertia in audiuimus & quarta in audiueritis &c. ¶ Dico etiam non præteritum: quia imus in o. pterito breuiat̃ vt bellauimus/fleuim⁹/dormiuimus. ¶ Sequūda regula iui ſemper longatur: vt queſiui petiui dormiui &c. ¶ Tertia Crementum per/i/in his tribus verbis ſum: nolo: & volo: ſemper producitur vt ſimus ſitis nolite velito: velimus velitis &c.

## Documentum.

Sincopa/vel rerum grauitas/hęc dogmata mutat.

¶ Nouiſſime due regule per ſincopam vel grauitatem ſiue cōuenientiam rerum plerumq3 immutantur. Nam quierem/defierem implere3 & ſimilia producunt/e/quoties autem repentina quepiam nutatio declaranda venit, poete penultimā pteriti pfecti tertie pſone pluralis numeri licentioſe corripiunt. Hora. Epiſt.iiij. Dij tibi diuitias dederunt artemq3 fruendi. Sili.lib.viij. Terruerunt pauidos accenſa ceraunia nautas. Verg.in Bucco. Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. Idem Verg.ij.Georg. Miſcueruntq3 herbas & non innoxia verba Verg.iij.aeneid. Obſtupui ſteteruntq3 come & vox faucib9 heſit. Vbi vero tedioſa quedam mora ſignificanda eſt penultimam preteriti vel futuri coniunctiui modi primæ vel ſequundæ perſone pluralis numeri licentioſius producunt. Ennius Nec mi aurum poſco: nec mi precium dederitis. Ouid.in Epiſto. Vtilis hæc aram ſi dederitis erit. Idem.iiij.Depontho. Et maris ionij transieritis aquas. Ibidem. Conſulis vt limen contigeritis erit. Hæc aute3 pluribus roboraui teſtimonijs contra meum inſtitutum propter ſtultitiam/ vel potius dementiam multoru3: qui in his & ſimilibus neceſſitate carminis inuerſam ſillabæ q̄titatem eſſe mentiuntur.

## O:& v.

O longum/v/curtum eſt: de exortis conſule normas.

¶ Crementum per/o/longatur vt amatote legitote/auditote &c. Sed cremētum per/v/ſemper breuiatur vt poſſumus volumus quelumus &c. De irregularibus autem ſpeciales regulæ diſquirende ſunt vt Ero/eris/edam/es. &c.

## Decimaquarta generalis regula de cremento nominum

Caſus qui rectum tranſcendit creſcere fertur.

¶ Crementum nominis eſt ſupra nominatiuum ſillabæ creſcentia vt hic puer huius pueri/hi pueri horum puerorum.

## Crementum primæ.

In prima produc ai/velut abus/& arum.

¶ Prime declinationis crementum tres habet terminatiōes ai/vt pictai/neſai auiai &c. Arum/vt duarum famularum animarum &c. Abus vt duabus famulabus animabus &c. Sed ſemper producitur. Ai. Arum. Abus.

## Crementum ſequunde

### Orum/obus/tarda reliquum rapę/prętẽr iberi.

Orū. Obus ¶ Sequundę inflectionis crementum in orum vel obus ſemper longatur: vt amborum duorum ambobus duobus quodcūq; vero aliud i ſingulari nume

Iberi. ro breuiatur. vt viri/ſaturi/pueri/vnius orphei &c. Excipitur iberi cum ſuo cō poſito celtiberi. Martial. lib. vij. Ille meas gentes & celtas rexit iberos.

## Crementum tertię in/a.

### A/tibi donat atis/quod recte vertis in atum.

¶ Tertiæ inflectionis multiplex eſt crementum/propterea variate aſſignātur regulæ quarum. ¶ Prima eſt nomen in/a/ breuiat atis/& atos/vt poema poematis vel/tos: ſic dogma/enigma/probleuma/criſma &c. Quod ſi mutetur in atum/declinationis ſequundæ pducitur vt poematū dogmatū criſmatū &c.

## Onis/& enis.

### Onis/& enis ab/o/produc: ſed inis breuiatur.

¶ Nomen in/o/ſub triplici eſt differentia. quoddam enī habet genitiuum in onis. vt ſimo ſimonis: leo/nis: ſermo/nis. lectio/nis &c. quoddā i enis: vt anio anienis/nerio/nis. quorum penultima ſemper longatur: ſed quod exit in inis breuiatur; vt virgo virginis imago/imaginis: ſiligo ſiliginis &c.

## O/ante on.

### Curtans nomen onis proprio/ſolet on dare recto.

¶ Nomen cuius nominatiuus proprię in on & vſurpatiue in/o/exit/onis in genitiuo corripit cuiuſmodi ſunt hęc vangion onis/briton/macedon agamemnon/ſaxon &c. Quę in/o/etiam quandoq; finiuntur: ſed ſemper quātitatem proprię terminationis retinent. Luca. in. j. Vangiones bathauiq; truces quos ęre recuruo. Iuuenā. xv. ſaty. Qua nec terribiles cymbri/nec britones vnq̄ &c.

## C, & /d.

### C/& /d/longantur patrio bogudis remouetur.

¶ Genitiuus nominis terminati in/c/vel in/d/penultimam producit vt alec/cis: melchiſedech/ſedechis/abimelech/lechis/Dauid/dauidis: ſed bogud cō-

dem rectius corripit. Martial. in Epiſt. Alecem: ſed quam protinus illa voret vbi nota alec in genere feminino. Manthua. in Epigramma. Pectore ſacrifici melchiſedechis erat.

### Al:el:il:ol:vl.

**Elis: & olis: neutrum alis duc: cętera curta.**

¶ Nomē neutrū in al vt animal tribunal vectigal &c. In el vt daniel michael/ gabriel &c. In ol vt ſol/heliol/rephol &c. penultimā genitiui producit ſed nomen in il/vt vigil/pugil/tanaquil &c. Et in vl. vt conſul/p̄ſul/exul/&c. Eandeꝫ corripit. Dico autem in priore parte regulę neutrum & maſculinum/penultimam genitiui corripit: vt hannibal hannibalis haſdrubal/alis/belial/ belialis &c. Quibus additur ſal quod licet nunc genere neutro proferatur / quondam tamen maſculinum fuit. Lucre. namqꝫ lib. vj. ait. Tempore noſtra ſalem calido pulmaria querunt.

### An:en:in:on.

**Duc:n:pręter:inis:tamen ex:on:conſule:vates,**

¶ Nomen quod in/n/literam exit penultimam genitiui longat vt pan/ titan/ pean &c. Ren/lien/ſplen. &c. Delphin thraſin/eleuſin &c. Hic tam̄ duo ſunt impedimenta vnum ꝙ genitiuus in/inis/ſemꝑ corripitur vt nominis luminis fluminis &c. Alterum ꝙ nomē in on tam varię apud poetas reperitur: vt de eo certa regula dari non poſſit. Nam vt breuitati ſtudeam Hęc ſolent produci. Babilon/Cytheron/cholophon Sydon/damon/dolon &c. Hęc vero ꝯtra ſolēt corripi/cicon/palemon/philemon/demon canon agamēnon &c. ter mile alia. apud ꝓbatos authores iuenies quos ī carmīe cudēdo tibi imitādos relinquo.

### Documentum.

**Edonius: cum ſydonio variantur honeſtę.**

¶ Licet edon/& ſidon/penultimam genitiui rectius producant eorum tamē deriuata/ edonius & ſidonius ſecundam habent communem Stati. in theb. Concutitur rabido tellus edonia motu. Ouidius in Faſt. Ibat vt edonio referens trieterica Baccho. Vergil. Aeneidos primo. Obſtupuit primo aſpectu ſidonia dido. Idem in quarto. Sidoniam picto clamidem circundata limbo. Eſt autem edon promonthorium thracię olim baccho conſecratum. Sed ſidon eſt vrbs phœnicię vnde vergiliana dido nata perhibetur.

Edon.

Sidon.

## Ar.

Ar neutris & nar produc: nectar iubar aufer.

Neutrum in ar, penultimam genitiui longat vt torcular/ calcar/ lacunar/ &c. Excipiuntur duo nectar & iubar. Dico autem neutrum quia alterius ge-
Nectar. neris ſemper corripitur vt ceſar/ amilcar/ aſpar/ boſtar/ &c. Nar naris tamē flu-
Iubar uius producitur. Epar vero ſi genitiuum epatis facit penultimam breuiat ſed indeclinabile rectius poni arbitror.

## Differentia.

Lucrum tardatur: ſed auis lucar: breuiatur.

Lucar bipharíam ſumitur, eſt enim lucrū quod ex luco concipitur & ſacrificium quoddam. tunc eſt generis neutrius & penultimam genitiui producit. Sta. in ſiluis. Viribus exhauſtis nil lucanaris habetur. Eſt & auis quæ ante lucem modulari fertur, tunc eſt generis epycheni & penultimam genitiui corripit. Cornelius de vita Alexandri. Argutas tacitus voces lucanaris audit. Dic ergo puer. Lucanare tuo pete pro lucanare victum.

## Er.

Er breuio: ſed ter græcum biſer: ricimer: ſer:

Ver: erier: & iber produc: mulier variatur.

Nomen in er/ tertie declinationis penultimam genitiui corripit vt ancer/ anceris. aer/ aeris. aſſer/ aſſeris. &c. ſed græcum nomē in ter eandem producit vt chrater teris. ſother ſotheris. panther pantheris &c. Ether tamen excipit propterea ſex nomina in textu penultimam genitiui etiam producunt. Bizer
Bizer. bizeris populus ponthicus. Val. flac. lib. v. Bizereique vagi phileteque a nomie dicta. Littora &c. Ricimer meris, proprium viri. Sido. in primo panegirico.
Ricimer. Cum ricimere iacit quē cur nimis oderit audi. Ser ſeris, populus apud quem
Ser. ſirica lana colligitur aut vermis: illam contexens. Verg. in georg. Velleraque vt folijs depectant tenuia ſeres. Ver veris: ps anni cui⁹ principiū eſt in cathedra
Ver. petri. Ver. j. geor. Vere nouo gelidus canis cū liquit humor Mōtib⁹ &c. Erier
Erier. popul⁹ germanie. Corne. de vita alexādri. Precipitē rapidi fugiūt erieris ad vn
Iber. dā. Iber ris, popul⁹ i hiſpania: & armenia. Priſci. i perhiegeſi. Quē iuxta terras
Mulier. habitāt oriētis iberes. Mulier vero qcqd blacterōes multi cōtēdāt penultimā

genitiui variat. Martia eñ corripit lib. j. Amethiſtinaſq; mulierum vocat veſtes. Vbi eñ pes quartus eſt iambus qui in tali ica3ontis genere ſpõdeus eſſe non poteſt. Lucre. vero producit libro. iiij. Siue virum ſuboles ſiue eſt mulieris origo: inficias tam en ire nolo & mulieris hoc in loco adiectiue poſſe legi: ſed quod alias ſepiculæ factum eſt ab eodem: ſic quoq; fieri nihil prohibet.

## Or.

**Or produc: deme hinc neutrum gręcum memor arbor.**

¶ Nomen in/or/penultimam genitiui longat: vt paſtor/amor/labor &c. Sed neutrum in/or/ſicut equor marmor. &c. Et græcum in/or/ſiue proprium ſiue appellatiuũ: ſicut hector/caſtor/rethor/anthenor. &c. Et hæc duo memor & arbor penultimam in obliquis corripiunt. Exemplorum plena vbiq; ſunt oĩa In compoſitis autem a color/decus/& corpus / ſicut diſcolor dedecor tricorpor & ſimilibus conſule ſimplicia. Memor. Arbor.

## Documentum.

**Quando flectis: ador: patrius recte variatur.**

¶ Qz ꝙ grammatici nomen ador indeclinabile eſſe volũt literati viri ſepe declinant & penultimam genitiui ponunt ancipitem. Virgilius lib. ij. Illam ſponte ſacros adoris ſtrauiſſe maniplos. Idem Emicat in nubes nidoribus ardor adoris. Ador.

## Ir: & vr.

**Ir flexum breuiamus: & vr: ſolum excipe furem.**

¶ Declinabile nomẽ in ir ſicut martir prothomartir. Et in vr/ſicut murmur/ſulphur/guttur &c. penultimam genitiui corripit. Excipitur/fur/furis. Verg. in Bucco. Quid domini faciant audent cum talia fures.

## As.

**As: atis: duc: preter anas: ſed cętera curta.**

¶ Nomen in/as: habens genitiuum in atis penultimam genitiui longat vt pietas: tatis: veritas veritatis &c. Excipitur anas anatis: pro volucre: populo: & morbo. Macer. Anceris aut anatis mixta pinguedie tauri. Alia vero in: as: ꝙ nõ habent genitiuũ in atis penultimã corripiũt vt palas lãpas archas. &c. Anas.

## Differentia.

### Vas vaſis longum: ſed vas vadis eſt breuiandum.

Vas.
Vas.

¶ Vas vaſis eſt quicquid aliud ad humanum pertinens victũ continet & penultimam genitiui producit. Ouid. in epiſt. Vaſe ſub obſceno deſpit omne bonum. Sed hic vas vadis eſt illa ſponſio quæ fit ad comparãdum die præſcripto coram iudice & penultimam corripit. Hora. primo ſermone. Ille datis vadib⁹ qui rure extractus in vrbem.

## Es.

### Es: etis: locuples: heres cumq; ære quies pręs.
### Et merces produc: reliquum breuiare iuberis.

Locuples.
Heres. Aes
Quies.
Praes.
Merces.

¶ Nomen in/es/habens genitiuum in etis ſicut lebes/tapes/chremes/dares &c. Et hæc ſex locuples/heres/æs/quies/preæs/& merces penultimam genitiui producunt/quam reliqua omnia in es tertij declinatus breuiant vt miles ſtipes/antiſtes, &c.

## Is.

### Is: rape: ſed chremis: pſophis: glis: neſis: & itis.
### Et quod ab: in: vel ab: is: datur ipſa poemata longant.

Chremis.
Pſophis.
Glis.
Neſis.

¶ Nomen in/is/penultimam genitiui breuiat vt puluis/cuſpis/ ſannis/lapis &c. Sed quatuor nomina in textu eandem producunt & quodcũq; habet vel genitiuum in/itis/vt dis/lis/quiris ſannis &c. vel nominatiuũ in/in/ & in/is vt ſalamis/ delphis trachys eleuſis: quia pro eodem dicis ſalamin/delphin trachyn eleuſin. Eſt autem chremis/tis/nomen nymphę quę in theſſalia regnaſſe fingitur. Ouid. de Triſt. Pinguia formoſe chremitis in arua ſequuntur pſophis/dis/nympha & oppidum etiã theſſalię. Papinius quarto thebaid. Aephitios idem ardor agros pſophidaq; celſam. Vaſtat &c. Glis glitis argilla/glis gliris/animal/glis/gliſſis/ / lappa/quorum teſtimonia cuiuſdam canis latratu percitus affatim in prima parte ſignaui. Neſis/dis/gygantis/& fluuij nomẽ Statius in ſiluis. Saucius electe iacuit neſidis ad amnem.

## Os.

## Os ſemper produc: præter bos: compos & impos.

Nomen in os penultimam genitiui longat: vt ſacerdos/cuſtos/flos/heros &c. Tria excipiuntur quæ habes in textu.

Bos.
Compos.
Impos.

### Vs.

## Vdis: & vris: & vtis: ab: vs: collataq3 produc.

## Cętera corripies ligus: intercus: pecus: addes.

Nomen in vs habens vdis in genitiuo vt palus/ſuſcus/incus &c. vel vris. vt ius/rus/mus/thus &c. vel vtis. vt virtus/ſalus/iuuentus. Et nomen comparatiui gradus vt maius/minus/peius/ melius. &c. Penultimam genitiui longat quam reliqua nomina in vs tertiæ corripiunt vt phœnus/huic⁹/vuln⁹ fœdus &c. quibus tria in textu addũtur. Hic autem multorum ſignificata præ termitto quia in prima parte ſufficienter habentur.

Ligus.
Intercus.
Pecus.

### S: poſt: b: m: &: p.

## Conops: gryps: cyclops: europs: cæcrops ſimul hydrops.

## Plebs: ſeps: produco: reliquum poſt conſona curtat.

Octo nomina habentia/ſ/poſt conſonantem vt puta/b/m/p/ penultimam genitiui longant quam reliqua omnia curtant vt Lelaps/Cecrops/ princeps/ adeps. &c. Conops/conopis/eſt culex Lucilius libro. iij. Strata mihi miſero fœdis conopibus vdant. Gryphs phis animal ſatis famatum. Verg. in Bucco. Iungentur iam gryphes equis euoq3 ſequenti &c. Cyclops pis/ gygas vnicum mire magnitudinis oculũ in media fronte habens cuiuſmodi in cicilia quondam frequentiſſimi fuiſſe perhibentur. Verg. iij. Aeneidos Imphandi Cyclopes & altis montibus errant. Europs europis/ ciconiorum rex. Valerius Flaccus li. v. Europiſq3 domos regalia limina pulſat Cecrops/pis/populus i oriẽte quẽ Iuppiter in ſimias mutauit. Ouidi. xiiij. Meth. Cecropũ exoſus gentiſq3 admiſſa doloſe Hydrops pis. [illegible] Sidonius libro ſequundo. Non [illegible] quicunq3 hydrope laborat. Plebs plebis. populus. Horatius in epiſto. Non ego ventoſe plebis ſuffragia venor. Seps ſepis: hortorum clauſura vel ſerpens. Manth uanus in bucco. Tranſiliens ſepem vix ora latrantia fugi.

Conops.
Gryphs.
Cyclops.
Europs.
Cæcrops.
Hydrops.
Plebs.
Seps

### T.

Tu cunctis cum compoſitis caput abbreuiato.

¶ Vnicum eſt nomen finitum in/t/caput cum ſuis compoſitis quod penulti mam genitiui breuiat. Horatius de arte. Humano capiti ceruicem pictor equi nam &c. Perſius ſaty. prima. Occipiti ceco poſtice occurrite ſanne.

## x/gis.

Vocalem: pre: gis rape: frux: rex: lex remouendo.

Frux.
Rex.
Lex.

¶ Nomen quod exit in/x/ literam habens/gis/ in genitiuo penultimam illi⁹ breuiat. vt remex remigis. grex gregis. coniux coniugis &c. Demũtur tria in textu quæ ſatis enoteſcunt.

## x: icis.

Ex: quod icis format: breuias: volo demere vibex.

¶ Nomen quod in/ex/ſillabam terminatur habens genitiuum in icis penultimam illius corripit vt pulex: culex: ſimex: pollex: vertex &c. Excipitur Vibex

Vibex.

Perſius ſaty. quinta. Si puteal multa cautus vibice fragellas.

Cætera produces vocalis quecũꝗ feratur.

¶ Nomen in/x/ literam finitum de quo nihil dictum eſt quecunq3 vocalis precedat/x/penultimam genitiui longat vt pax/trax/audax/fex/mirmex. vermex/fœlix/nutrix/victrix/atrox/velox/ferox/lux/halux/prorux &c.

## Exceptio.

Fax: & atax: ſimilax: atrax: cum candace: dropax

Sic: abacis: colacis: ſilacis: panacis: ſtyraciſꝗ

Pharmacis hęc biſſena reor breuiare iubemur.

¶ Duodecim ſunt nomina in/ax/quæ penultimã genitiui corripiunt fax/cis/ teda tranſlatiue calor. Perſius ſaty. prima. Nũc face ſuppoſita ferueſcit ſanguis & ira. ¶ Atax atacis narbonenſis fluuius Claudia lib. ij. de conſola. Iam fluctus/atacis curſu peruincere tentet. ¶ Smilax ſmilacis vel vt alij volũt ſimilax ſimilacis per tres ſillabas arbor eſt de genere taxi albũ producens florem

Fax.
Atax.
Smilax.

Ouidius quarto meth. Et crocon in paruos verſum cū ſmilace flores. *Ibi tamen* & ſimilace per quattuor ſillabas legi poteſt vt pes quintus ſit *proſeleumatic⁹* ex quattuor breuib⁹. ¶ Atrax atracis: fluuius eſt ætholie & vrbs macedonie. Cattullus. Smirna cauas atracis penitus mittetur ad vndas. Atrax. ¶ Candax cis. inſula candida & æthiopie regina. Baptiſt. manthu. de matheo. Atq3 Candax. apud eunuchum regine candacis acto. ¶ Dropax dropacis. vnguentum quo Dropax. mutilata membra peruncta ſanantur. Serenus. Necnon appoſito curantur dropace membra. ¶ Abax cis. menſula eſt ſuper quam numerare ſolent. eſt & ce Abax latorium ſuper quod mulieres ſua vaſa ſtannea & ærea ad decorē; domus cōſtituūt. Iuuenalis ſaty. ſecunda. Ornamentū abacis necnon & paruulus/infra ¶ Colax colacis: nomen paraſiti apud Plautum. Claudianus. Ne colacis va- Colax. nos prudens imitere labores. ¶ Silax ſilacis: nomen ſcurre etiam apud Plau- Silax. tum. Auſonius in epygram. Quid ſilacis dicam non exaturabile guttur. ¶ Hæc panax cis. genus herbæ. Columella. libro. xij. capite tertio. Nunc me Panax. dica panaces lacrhryma ſuccoq3 ſalubri. ¶ Styrax cis. arbor & vnguentum Styrax. quod inde fluit. Serenus. Aut ſtyracem tornes aut duri vulturis alam. ¶ Pharnax pharnacis: proprium nomen viri. Lucanus libro ſecundo. Tygra- Pharnax. nemq3 meū nec pharnacis arma relinquas.

## Documentum.

Vt reſeco breuias reſecem curtare moneris.

¶ Vnum eſt nomen in ex ſillabam. ¶ Reſex: quod penultimam genitiui bre Reſex triat ſicut reſeco reſecas. a quo deſcendit Baptiſt. manthu. libro primo. parth. mar. Tum genitor meditans reſecare piacula tāte. Columella libro ſexto. Nō omneis reſeces g[illegible]ibus protriuit aratris.

## Exceptio.

Coxendix: hiſtrix: & onix: cum fornice: maſtix:

Pix: illix: varix: & erix: cum natrice: vix: nix:

Et filicis: calicis: cilicis: ſalicis: lariciſq3.

Hæc dena: & ſeptem tantum breuianda teneto.

¶ Decem & ſeptem ſunt nomina in/ix/ ſyllabam terminata quæ penultimam genitiui corripiunt. ¶ Coxendix coxendicis pars tybie quæ & coxa vocatur. Coxēdix.

Hyſtrix. Serenus. Clauſa acies inter gemine coxendicis vmbras. ¶ Hyſtrix cis. ſpino-
ſus aper quem porcum ſpicatum galli appellant Calphurnus in bucco. Ve-
Onix. nit & hirſuta ſpinoſior hyſtrice barba. ¶ Onix nicis. precioſa eſt gemma & vn
gula. Lucretius libro ſecundo. Quid digitis onices diamantaqꝫ ferre iuuabit
Fornix. ¶ Fornix fornicis. quadrata cauerna in qua meretrices quondaꝫ proſtabãt:
atqꝫ ideo pro lupanari ſumitur. Bapt. manthua. contra impudi. ſcrib. Ante ca
Maſtix uernoſi fornicis antra locas. ¶ Maſtix maſticis eſt illa rheſina quæ ex lentiſco
manat. Serenus. Maſticis addentur iam fracte milia farra. Sed hic maſtix hu
Maſtix. ius maſtigos: eſt flagellator. Vnde Zoilus homeromaſtix quaſi homeri tor-
tor & flagellator dictus eſt. ¶ Dic ergo puer. ¶ Impiꝰ egrotat ſumpta de ma
Pix. ſtice maſtix. ¶ Pix picis quod ex picea arbore nigrum defluit. Vergi. georg.
Illix. primo. Et picis in morem digitis lenteſcit habendo. ¶ Illix cis. adiectiuuꝫ: eſt
illiciens & blanditijs attrahens. Ouidius de arte. Illicibus verbis oculiſqꝫ pro
Elex. cacibus inſtat. ¶ Sed elex cis. eſt conductus aquarum per quem de loco ad
locum aquæ eliciuntur. Lucretius libro ſeptimo. Elicibus diſquirẽdis iuuat
Varix. vſqꝫ morari. Hoc igitur poſterius ſub priori comprehendas. ¶ Varix varicis
vena ſupra modum intumeſcens quæ nimia ſtatione ſolet generari. Lucillius
Erix. libro tertio. Varicibus ſuccisa labat frontemqꝫ reliſit. ¶ Erix ericis: rex/ mõs
& vrbs Sicilie. Vergilius. 5. æneid. Siue ericis fines regemqꝫ optatis aceſtem
Natrix. ¶ Natrix natricis: ſerpens in aquis ſolitus morari. Lucillius libro ſequundo
Natrix Si natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam. Sed natrix verbale no-
men a no nas. penultimam (quod ſatis notum eſt) producit. ¶ Dic ergo puer
Vix. Natrices fatue: natrices plærũqꝫ timeſcunt. ¶ Vix vicis (cuius nominatiuꝰ
in vſu rarus eſt) alternã quandam viciſſitudinem ſignificat. Verg. ſexto ænei.
Nix. Hac vice ſermonum roſeis aurora quadrigis. ¶ Nix niuis ſatis claret Fortu-
Filix. natus de virgine. Tu niue: cãdidior tu cygno purior albo. ¶ Hæc filix cis. her
ba tot & tam tenues habens radices vt penitus nequeat euelli. Vergiliꝰ geor
Calix. gicorũ ſequũdo. Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris. ¶ Calix calicis. vas
ligneum. Ouidius quinto faſtorum. Stant calices minor inde fabas holus al
Cilix. ter habebat. ¶ Cilix populus cilicie. Cornelius de vita alexandri. Ventum eſt
Salix. ad cilices vbi martia prelia ſurgunt. ¶ Salix cis. ſpecies arboris. Vergilius in
Larix. bucco. Et fugit ad ſalices & ſe cupit ante videri. ¶ Larix laricis: arbor cuius li
gnum ne igni quideꝫ conſumi poſſe fertur. Lucanus libro nono. Et larices fu
moqꝫ grauem ſerpentibus vrunt.

## Alia exceptio.

### Semper cappadocem: cum voluoce: precoce curta.

Cappadox. ¶ Tria ſunt nomina in ox finita penultimam genitiui breuiãt. ¶ Cappadox:
populus cappadocię. Perſius ſaty. ſexta. Cappadocas rigida pingues pauiſſe ca
Voluox. taſta. ¶ Voluox voluocis: vermis tam condenſus vt magis volui ꝙ ſerpere
Precox. videatur. Sidonius. Voluocis in morem ceruice rotatur obeſa. ¶ Precox pre-

cocis, prematurus tura, turum. Calphur. æglo. ſequūda. Inſita precocibus ſub-
repere perſica prunis.

## Alia exceptio.

## Nux: crux: atq; volux: trux: dux: breuiare ſolemus.

¶ Quinq; ſunt nomina in ux quæ penultimam genitiui breuiant. ¶ Nux Nux.
nucis tam arbor ꝙ fructus. Perſius ſaty. prima. Aſpexi & nucibus facimus
quęcunq; relictis. ¶ Crux crucis: genus ſuſpendij quod redeptor noſter ſua Crux.
morte conuertit in gloriam. Horatius in epiſt. Non hominem occidi non pa-
ſces in cruce coruos. ¶ Volux lucis. eſt lepus a velocitate ſic dictus. Lucil- Volux.
lius libro nono Tu voluces tacitis ſollers rimare latebris. ¶ Trux trucis cru- Trux.
delis. Horatius in epiſt. Ira truces inimicitias & funebre bellum. ¶ Dux du- Dux.
cis: qui vel quę ducit. Bapti. manth. part h. mari. libro primo. Te duce vela da-
mus portus habitura ſequundos.

## Documentum.

## Piſtrix atq; ſiphax: bebrix: phœnix variabis.

¶ Quatuor nomina in textu penultimam genitiui variant. ¶ Piſtrix/ſyd⁹/ Piſtrix.
piſcis/& nauis. Cicero in arato. Semiferam ſubter caudam piſtricis adheſit.
Cornelius de vita alexandri. Piſtricis ad radios ſpectabat nocte ſerena. Eſt au-
tem piſtrix quandoq; verbale nomen pro muliere quæ pinſit ſed tunc ſine con-
trouerſia ſemper penultimam longat. ¶ Dic ergo puer. Piſtricis famule non
ſpectant piſtricis ortum. ¶ Siphax proprium viri. Claudianus de bello gildo- Siphax.
nico. Compulimus durum ſiphacem fractumq; metello. Propertius lib. iij.
Hannibalis ſpolia & victi monumenta ſiphacis. ¶ Bebrix populus bebriciæ. Bebrix.
Valerius flaccus libro. ij. Bebricis & ſcytici procul inclementia ſacri. Sillius
libro tertio. Poſſeſſus baccho ſeua bebricis in aula. ¶ Phœnix phœnicis: auis Phenix.
ſemper vnica quæ ſexies centum & quinquaginta annos viuere fertur mortis
autem appropinquanti tempore cōgeſtis in nido cremalibus lapidem ex india
querit quo penis cōcuſſo ignis prodij t qui phœnicem exurit de cuius cinere
nouus phœnix protinus exoritur. Lucretius libro vndecimo. Omne nemus
luſtrans gaudet phœnice reperto. Lucilius in epigrā. Phœnicis annoſam va-
leas pertingere vitam.

## Differentia.

## Velox longandum malus eſt pnix breuiandum.

¶ Pernix pernicis pro veloce a deponenti verbo pernitor perniteris deſcen- Pernix.
dit & penultimam genitiui longat. Baptiſta manthuanus de margarita.

Hęc fera pernici rapitur per deuia curſu:ſed pro ſcelerato ab actiuo verbo per= neco pernecas originem habet & penultimam genitiui breuiat Philel.in ſati= ris Pernicibus dextris & liqua fraude laboras.Dic ergo puer.Pernicis linguę pueri/ſunt pernicis aſtus.

## Documentum.

Caſibus in reliquis:genitiuus q̄ta docebit.

¶ Quantacumq; eſt penultima genitiui tanta eſt & ſequentium caſuum in vtroq; numero vt crucis/lucis/ſyphacis &c. Quę vna pręceptio in cunctis di ligenter practicanda eſt.

## Crementum plurale trium declinationum.

E creſcens produc pluraliter:i:vel:u:curta.

¶ Crementum in numero plurali per/i/vel/u/breuiatur vt fratribus manib⁹ verubus/quibus. &c:ſed crementum per/e/longatur vt rebus diebus &c.

ΤΕΛΟΣ.

In te IESV ſpes mea recumbit.

## Petri Pontani Ceci Brugenſis in Artem Verſi= ficatoriam:Liber Sequundus:de figuris pedibus & carminum nobis neceſſariorum regulis.

### Ellipſis.

SCĀDERE ſi queris recte vel condere carmen.

M/cum vocali quādo ſubit altera tolle

¶ Sanſio eſt legitima ſingulorum in verſu pedū di= ſtinctio. ¶ Et dicitur a ſcando/dis quia ſicut per ſcalas paulatim aſcendimus

ſta per pedes in carmine tractim progredimur. ¶ Siue ergo ſcandas ſiue verſum condas m cum ſua vocali detrahendum eſt in fine dictionis quã ſequens dictio a vocali ſumit exordium. Verg. in Bucco. Q̃tum omnis mundus gaudet cantante ſileno. Eſt autem tunc figura quæ græce ellipſis dicitur quam ſic diffiniunt. ¶ Ellipſis eſt/m/ litere cum ſua vocali detractio quoties dictio aliqua in/m/ literã deſinit & dictio ſequens a vocali ſumit exordium. Nam elleſo deſero vel relinquo ſignificat.

## Synalepha.

Finis vocalem perimes alia ſubeunte.

¶ Vocalis etiam in fine dictionis ab altera immediate ſequenti abſumitur & ſynalepha græce vocatur quæ eſt vocalis detractio quoties in eam dictio deſinit & ſequens ab ea inchoatur. Dicta autem eſt a ſyn/i/con & lephe/i/ preſſio/ quaſi vocalium compreſſio. Bapt. Manth. parthe. ma. lib. ij. De virtute loqui facile eſt virtutibus vti hoc ſanſonis opus &c.

## Hypermetrum.

Ellipſis ſynalepha & ſyncopa hypermetra purgant.

¶ Hypermetrum eſt carmen quod vna ſyllaba in fine abundat & fit præcipue tribus modis. ¶ Primo per Ellypſin quando ſyllaba abundans terminatur in/m/ & verſus ſeq̃s inchoatur a vocali. Verg. Georg. j. Aut dulcis muſti vulcano decoquit humorem. (Sequitur). Et folijs vndam &c. Iuuena. Saty. ij. Nupta ſenatori comitata eſt hippia ludiũ. (Sequitur). Ad pharon. &c. ¶ Sequundo per Synalepham quando ſillaba abundans deſinit in vocalem & verſus ſequens a vocali habet initium. Verg. Georg. ij. Inſeritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida. (Sequitur). Et ſteriles platani &c. Idem. j. Aeneid. Iactemur doceas ignari hominumq; locorumq;. (Sequitur) Erramus &c. Itaq; I his & ſimilibus ſillaba ſuperfluens a ſequẽte vocali abſumitur. ¶ Tertio per ſyncopam quando dictio trium ſillabarum vltimam carminis ſede occupans per duas ſillabas proferenda eſt/ vel eo ꝙ neq; in/m/ neq; in vocalem ipſa deſinit/ vel eo ꝙ verſus ſequens a conſonante incipit. Verg. in bucco. Non tantum rhodope miratur & hiſmarus orphea. (Sequitur) quantum oĩs mundus &c. hec tñ excuſationi magis: ꝙ imitationi congruunt niſi in opere grauiſſimo.

## Colliſio non obſeruata.

Si noſtris quondam eſt ſubſtractio dempta poetis:

## Aut grauitas: aut vocalis correptio fecit.

¶ Vetuſtos apud poetas neq; elliplis neq; ſynalephæ regula obſeruabatur. ¶ Ennius namq; ait inſignita ferctum milia militum octo &c. Item Lucre. lib. j. Quantū corporum in plumbo eſt tantūdē pondere pars eſt. Et alijs mille in locis: ſed apud recentiores quos habemus imitari duobus tantū modis. hæc detractio admittitur. ¶ Vno propter ſententiæ grauitatem. Verg. in bucco. Et ſuccus pecori & lac ſubducit hagnis. Idem ſtant iuniperi & caſtanee hirſute. In quibus & ſimilibus multis colliſio prætermittitur vt maior in amore languor declaretur. ¶ Altero modo propter vocalis correptionem quaſi ſ eadem in dictione obuiaret alteri. Verg in Bucco. Et longū formoſe vale vale inquit iola. Idem Clamarēt vt littus hyla hyla omne ſonaret. ¶ Hæc autem nota: ſed caue niſi in magno opere imitari quia vitioſa nunc ſunt.

## S/in fine dictionis male abſumi.

## S/de fine olim multi: nunc nemo retractat.

¶ Pleriq; veterum ſatis ſtulte/ſ/literam in fine dictionis abſumebant. Catullus eī in vltimo ſui operis verſu ait. Affixus noſtris tu dabis ſupplicium. Et Lucilius libro. I. ſaty. Quam neq; lucanis oriundi montibus capris; ſed hæc caue imitari: quia apud nos/s/nunq̄ in fine dictionis abſumitur. q̄ ſi obijcias illud Vergilij in Georgic. Aut ouium fœtus aut vrentes culta capellas/ vel illud eiuſdem in Aeneid. xij. Inter ſe coijſſe viros & decernere ferro. Vtrumq; mendoſum eſſe cenſeo prius ſiquidem legitur. Aut fœtus ouium aut vrentes culta capellas poſterius vero ſic inter ſe coijſſe viros & cernere ferro vt ſit dictio ſimplex pro compoſita.

## Vocalis pura.

## Vocalis ſi ſit mera dictio non perimatur.

¶ Quando vna vocalium/a/e/i/o/u/plenam conſtituit dictionem licet vocali obuiet non debet abſumi ſiue producatur ſiue corripiatur. Tibulus namq; ait O/ego ne poſſeg tales ſentire dolores. Verg. vero inqt. Te corydon/o/Alexi trahit ſua quēq; voluptas de ſimilibus parimodo eſt dicendum.

## Synereſis.

## Scandendo prouiſa tibi ſynereſis eſto.

¶ Synereſis eſt duarum ſillabarum naturaliter diuiſarū in vnam [illegible] contractio &

dicitur a ſyn quod eſt con & hereſis diuiſio quaſi diuiſarum ſillabarum coniūctio vt huic/per vnam/deinde per duas/conprehēdo per tres ſyllabas &c. Hæc aūt apud ꝓbatiſſimos authores locum frequentiſſime habet/ꝑſertim in his q̄ ſequuntur dictionibus/ ij/ ijſdem/deorſum/ſeorſum/ ꝑhendo/ prout/ dehinc/ ſemianim⁹/deeſt/ huic/cui/ dij/dijs/dehinc/dehin/&c. Has ego enūeraui potiſſimum: quia multi ꝓhibentur. Vergil. Namq; ait in Bucco. Cui pendere ſua patereris in arbore poma. Et Oui. iiij. triſt. Cur quoties alicui chartę ſua vincula dempſi. ſic alijs tercētum in locis reperire eſt. Quędam tū̄ ſunt q̄ per ſyneręſim apud poetas ꝓferuntur quibus vti non licet vt aluearia per quatuor ſillabas apud Verg. Theſei per duas apud Ouid. de reme. prior nanq; ait in georg. Conditur & lento aluearia vimine texta. poſterior vero inquit. Notus amor phædræ: nota eſt iniuria theſei. His igitur & ſimilibus q̄ paſſim occurrunt non vtemur niſi forte tāta fulti authoritate q̄ta doctiſſimi illi viri quondā fuerūt.

## Diereſis.

**Carminibus dubium plęrumq; diereſis affert.**

Diereſis eſt vnius ſillabę in duas ꝑtitio. Latine eī̄ diuiſio explicatur ꝓ qua facilius cognoſcēda duas notabis regulas. Vna eſt. Q̄n̄ /i/ & /u/ in eadē ſillaba vel alijs vocalibus/ vel ſibi ꝑponuntur: conſonantes fiunt vt iuno/ ieiuno venus venio iuſtitia viuo. &c. Altera vero eſt/ v/ poſt/ g/ q/ & /s/ vim. ꝑdit litere neq; eī̄ vocalis neq; conſonans dici debet vt ſanguis/lingua/aqua/quamq̄/ ſuauis/ ſuadeo &c. q̄n̄ igitur in his ſyllaba poeticę diuiditur per diereſim debet excuſari vt ſepius ī verbis ſoluo/voluo/ ſuadeo/ſueo eſſe fieri ſolet cui⁹ rei exēpla ſunt. Ouid. de arte. Nunc quoq; te dixi ꝑſoluenda mihi. Catullus de coma berenices. Cōdita quū veri pectoris euoluunt. Statius. j. Thebaid. Immo agite & poſitis quas nox inopina ſuaſit. Luca. ij. Fundat ab extremo flauos aquilone ſueuos: & ita in multis alijs reperies: ſed parciſſime vel nunq̄ fac imiteris. eius namq; figure vſus nunc prope exoleuit.

## I/vocalis vbi male putatur eſſe conſonans.

**I/præ vocali dirimes græcis & hebreis.**

I litera ante alias vocales in primis ſillabis Græcarū & hebrearū dictionū nunq̄ eſt cōſonās (vt literarū ignari putāt) ſed ꝑ ſe ſillabā diuiſa ꝯſtituit ſicut Iacobus / Ioannes/ per quattuor ſillabas/ Ieſus/ Ioſeph/ iaſpis/ iambus &c (per tres ſillabas) Iob/ iex/ &c (ꝑ duas) exēpla ſunt Claudian⁹ in epi. Ne laceres verſus dux Iacobe meos. Bapti. Math. catha. ij. Prim⁹ Ioānes rigido velare capre. Bapt. Mant. j. parth. Ma. Strēnuus idigenas populos abigebat Ieſus. Idē Sic alacer Sāſon ſic & formoſus Ioſeph. Idē Colla. vires & multa ſin⁹ ornabat iaſpis. Hora. de ar. ſillaba lōga breui ſubiecta vocat̄ iamb⁹ Sedu. de pa. fortis.

iob noſtros prudenter corrigit actus. Corne. de vita alexan. Per lybicos ſeuiſat lex truculenta penates. Quiſquis igitur Secus: aut legit aut ſcribit manifeſto hallucinatur.

## Carmen quid eſt: & quot modis dicitur.

Hic ego condendi de norma carminis edam:
Quod vario tamen authores cognomine dicunt.

¶ Reſtat vt de carmine cudendo nōnihil dicamus quod generaliter ſic explicatur.

¶ Carmen eſt oratio quę ſtrictiori pedum lege coercita ornatiſſimum dicendi genus continet. ¶ Et dicitur a nomine carmentis quę fuit mater Euādri mulier tam fatidica vt canendi ritum in publico prima extulerit. Ad quā eſt illud Ouidij. j. faſto. Ipſa moue quę nomen habes a carmine dictum. Prius autem eiuſmodi compoſitio non carmen ſed alio quodā vocabulo dicebatur. Itaq; metrica ſtrictio viginti nominibus apud poetas inuenitur appellari quorum ¶ Primum: eſt Carmen. Boetius de conſolatione phi. lib. j. Carmina qui quondam ſtudio florente peregi. ¶ Sequundum eſt Modus; quia certa pedū moderatione conſtat. Idem. Flebilis heu mæſtos cogor inire modos. ¶ Tertium eſt Numerus: quia certo pedum numero perficitur. Perſius ſaty. prima Sed numeris decor eſt & iunctura abdita crudis. ¶ Quartum eſt Canticum quia vt inquit ceſar. Qui bene legit carmina: bene cantat. Qui vero bene cantat: male legit. Lucretius lib. vij. Dulcia facundis cecinerunt cantica linguis ¶ Quintum eſt Verſus: a vertendo; quia in ſimiles pedes aſſidue reuertitur. Ouidius de art. Quicquid conabar dicere verſus erat. ¶ Sextum eſt Pes: vt ſit pars pro toto: quia certis pedibus conſtituitur. Bapt. Manth. contra impu. Quæ canat heroo ſacra deūq; pede. ¶ Septimum eſt muſa; quia a muſis præcipue repertum creditur. Vergilius in bucco. Silueſtrem tenui muſam meditaris auena. ¶ Octauū eſt camena quaſi amenę. i. ſuauiter canens. Horatius j. epi. Prima dicte mihi ſumma dicende camena. ¶ Nonum eſt Oda: i. cantꝰ Martia. in epiſto. [illegible] nunꝗ noſtris auribus oda placet. ¶ Decimum eſt Luſus: quaſi ludendo proferatur. Ouidius in epiſto. Si ferres aliquo ſaltem mea gaudia luſu. ¶ Vndecimum eſt Cymbalū. quaſi multi pedes vna conſonēt. Lucilius. xj. Quid faciam reris? demēs hæc cymbala tempſit. ¶ Duodecimū eſt concentus ratione fere eadem. Statius in thebaide, Concentus ſpirate nouos ſpirate furorem. &c. ¶ Decimum tertium eſt Lyra quaſi cythara aptum cantari. Bapt. Manth. contra impu. ſcriben. Deſine pone Lyram vates inſane: nec vltra. &c. ¶ Decimum quartum eſt Cantus Statius achilleidos. j. Diua refer ꝗ ꝓ acta viri multum inclyta cantu &c. ¶ Decimū quintum eſt canor oris. Ouidius de triſt. Non eſt quæ tali lingua canore ſonet. ¶ Decimum ſextum eſt dictamen quaſi præceptore dictante a diſcipulis ſcribatur. Claudianus

in epi. ¶ Paruula iucundo capies dictamina vultu. ¶ Decimũ ſeptimuꝫ eſt ſonor/ſonitus vel ſonus. Hora. de arte. Legitimumqꝫ ſonũ digitis callemus & aure. ¶ Decimum octauum eſt. Modulus/modulatio/vel modulamẽ. Vergilius in coppa. Ingentes modulos referam modulamine paruo. ¶ Decimuꝫ nonum eſt iubilum: quod ad ruſticanos maxime pertinet. Silius libro. xiiij. Et hneus ſcopulis audiuit iubila cyclops. ¶ Viceſimum eſt metrum græce quod menſura latine effertur. Quintil. li. j. inſtitu. Poetas metri neceſſitas excuſat. Plæraqꝫ aũt ſimilia fingi pñt. Sed tu his mecum cõtentus eris.

## Octo pedes neceſſarij.

Verſibus edundis qui noſtro more canuntur
Securus pedibus tantum bis quattuor eſto.

¶ Octo ſunt pedes qui ſufficiunt & neceſſarij ſunt componendis huius ſeculi verſibus. ¶ Spondeus. ¶ Pyrrichius. ¶ Trocheus. ¶ Iamhus. ¶ Dactylus. ¶ Anapeſtus. ¶ Proſeleumaticus. ¶ Et Choryambus. Qui auteꝫ plures cupit ex alijs querat. Non etenim ſtudeo bullatis vt mihi nugis pagina turgeſcat. ¶ Eſt autem pes debita ſyllabarum connectio quibus carmen ſicut animal pedibus graditur.

## Spondeus & pyrrhichius.

Bis longam ſpondeus habet pyrrhichius obſtat.

¶ Spondeus per tres ſyllabas: duabus ſyllabis longis conſtat. Vt noſtros audi fletus. Pyrrhichius vero contra duabus breuibus perficitur vt/pie/deus. ¶ Dicitur autem ſpondeus a ſponde. i. libamen vel ſacrificium quia celebrandis deorum ſolennijs pes quondam aptiſſimus fuit. Sed pyrrhichius a pyrrho filio Achillis denominatur. quia primus tali pede ſaltationes in græcia docuit promoueri.

## Trocheus.

Longa breuiſqꝫ trocheon agunt: quas vertit iambus.

¶ Trocheus per tres ſyllabas priore longa & poſteriore breui ſyllaba conſtat vt dulcis/criſte/paſce. ¶ Et dicitur a trocho. i. rota quia rotatim in verſu decurrit. Sed iambus etiam per tres ſyllabas contra priore breui & poſteriore lõga ſyllaba conſtituitur vt tuos parens ſuira. ¶ Et dicitur ab iambizin. i. a maledicendo: quia maledictionibus & execrationibus maxime congruit.

## Dactylus & anapeſtus.

Longa & bis breuibus fit dactylus: hoſte: anapeſto.

¶ Dactylus prima producta ſyllaba & duabus correptis efficitur vt protege/ conditor/omnium. ¶ Et dicitur a dactylis chrete populis apud quos inuẽtus fertur. Sed anapeſtus duabus primis ſyllabis correptis & tertia producta conſtat. vt famulos/opifex/relcua. ¶ Et dicitur ab anapin. i. a repercuciendo quia ſonitu reciproco dactylum repercutit.

## Proſeleumaticus & tribrachus.

Bis duo dat proſeleumaticus: tria tribrachus acta.

¶ Proſeleumaticus quattuor actis, i. breuibus conficitur. vt humiliũ. parietem recolite. ¶ Et dicitur a proſelemũ. i. ab hortando ſiue ſuadendo. quia hortatione in qua eſt celeritas optime competit. Sed tribrachus tribus breuib⁹ conſtat vt humilẽ dominus releuat. ¶ Et dicitur a tris ideſt tres: & brachis ideſt breuis quaſi trium breuium collectio.

## Hexametrum Carmen.

Dactylus hexametri quinta ſpondeus in ima.

Sede datur: reliquis tibi ſemper vterlibet eſto.

¶ Hexametrum carmen eſt quod ſex pedibus decurrit. ¶ Et dicitur a hexa: quod eſt ſex & metrum menſura/ quaſi ſex pedum menſuratio quorum quintus dactylus & ſextus ſpondeus ſemper eſſe debet. Alij vero quattuor tribus modis variantur. Vel enim ſunt omnes dactyli. Vergilius æneid. octauo. At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro. Vel ſunt omnes ſpondei. Idẽ prio Luctantes ventos tempeſtateſq; ſonoras. Vel mixtim collocantur. Idẽ primo Muſa mihi cauſas memora quo numine leſo.

## Regule exceptio.

Hexametri legem grauitas plerumq; retractat.

Sed rectam teneãt bene cuſa poemata normam.

¶ Qꝫ ꝙ hæc hexametri verſus regula generalis. & vbiq; obſeruãda eſt. poetę

tamen in quibuſdā paucis illam quādoqꝫ infringunt: quod precipue ſedecim
modis effectum cōperio. ¶ Primo cauſa repente mutationis in ablt̄o eodem
vel eadē: in quo mediā exlegiter corripiūt. Verg. in bucco. Vno eodemqꝫ igni
ſic noſtro daphnis amore. Lucretius li. v. Lege eadē debent populi proceresqꝫ
teneri. ¶ Sequundo: cauſa maximi vel gaudij vel doloris. vbi ſpondeus in ſe
de quinta. Locum dactyli occupat. Vergi. in bucco. Chara deum ſuboles ma
gnum iouis incrementum. Idem æneid. ij. Conſtitit atqꝫ oculis phrygia ag=
mina circunſpexit. ¶ His duobus modis in magno ope licet parce vti. ¶ Ter
tio vbi ſecundum locum pro ſpondeo iambus habet. Verg. in. vj. æneid. Limi
naqꝫ lauruſqꝫ dei: totuſqꝫ moueri. ¶ Quarto vbi tertiam ſedem iambus lo=
co ſpondei occupat. Verg. in bucco. Omnia vincit amor: & nos cedamus amo
ri. ¶ Quinto vbi quartum locum iambus tenet. Verg. ix. æneid. Dona dehic
auro grauia; ſectoqꝫ elephanto. ¶ Sexto: vbi iambus quintam ſedem loco da
ctyli habet. Vergi. in geor. Muneribus tibi pampineo grauidus autumno.
¶ Septimo vbi pro ſpondeo: iābus ſextum tenet locum. Vergi. ænei. v. Mor=
teꝫ contēpnunt laudato vulnere gete. ¶ Octauo: vbi proſeleumaticus pro da
ctylo ſedem primam habet. Verg. æneid. vndecimo. Genua labant; vaſtos qua
tit eger anhelitus artus. ¶ Nono vbi proſeleumaticus ſecundum vſurpat lo
cum. Vergi. æneid. ij. Herent parietibus ſcale: poſteſqꝫ ſub ipſos. ¶ Decimo
vbi proſeleumaticus tertiam habet ſedem. Lucre. lib. vlti. Ingenui cordis ope
ra non ſunt danda ruinis. ¶ Vndecimo vbi proſeleumaticus quintum occu=
pat locum. Verg. in bucco. Tityre paſcentes a flumine reice capellas. ¶ Duo
decimo vbi anapeſtus primum tenet locum. Verg. geor. j. Fluuiorum rex eri=
danus campoſqꝫ per omnes. ¶ Decimo tertio: vbi tribrachus ſequūdam ha
bet ſedem. Luca. j. ¶ Dum ſanguis inerat dum vix materna peregi. Decimo
quarto vbi tribrachus tertium tenet locum. Verg. æneid. ij. Telorum obrui
mur: oriturqꝫ miſerrima cedes. ¶ Decimo quinto vbi tribrachus locum da=
ctyli in regione quinta occupat. Ver. ænei. viij. Addidit & nate turniqꝫ canit
hymeneos. ¶ Decimo ſexto: vbi trocheus ſecundam occupat ſedem. Iuuena.
ſaty. vj. Quis [redacted] aut [redacted] non vidit vulnera palli. ¶ Iſti autem quatuor=
decim vltimi modi & illorum ſimiles ſi egregios apud authores inueniantur:
ſtudioſe quidē excuſandi, ſed nullopacto imitandi ſunt. Libenter tn̄ cum the=
rentiano loquar, qui ait Rarū concedam: fieri nūc poſſe negabo.

## Hexametri Carminis decorum.

Preceps: tardum: arctus: ſententia: ſepe petitum.

Frons: & calx: pedis hexametri pro flore notentur.

¶ Pro decorando carmine heroico. Septē principaliores regule notande ſūt.
¶ Prima eſt. Vbicunqꝫ precipitata quedam velocitas ineſt. Pluribus dacty=
lis ꝙ ſpōdeis carmen debet confici. Vergilius æneid. nono. Panditur interea
domus omnipotentis olympi. ¶ Sequunda eſt. Quoties aliqua magna rerūꝫ

tarditas ſignificatur: pluribus ſpondeis ꝙ dactylis eſt opus. Vergil. Aeneid. j. Luctantes ventos tempeſtateſq; ſonoras. ¶ Tertia eſt in carmine heroico pulcherrima eſt verſuum & ſententiarum longa concathenatio. Ita vt pedes pedibus & dictiones dictionibus connecti videantur. Vergi. j. Georgi. Quid faciat letas ſegetes quo ſydere terra; vertere mecenas vlmiſq; a iūgere vites Conueniat quæ cura boum quis cultus habēdo. Sit pecori atq; apibus quā- ta experientia parcis. Hinc canere incipiam &c. ¶ Quarta eſt inter verſus he- roicos aliquod ſententioſum carmen perpulchræ miſcetur modo tamen ſepiꝰ equo illud non fiat. Verg. Aeneid. j. Tante molis erat: romanam condere gen tem. ¶ Quinta eſt verſibus hexametris ſiue eodem ſiue diuerſis metris per- pulchra eiuſdem dictionis repetitio eſt. Verg. Aeneid. j. Multa ſuper priamo rogitans: ſuper hectore multa Perſi. Saty. j. Tū vetule auriculis/ alienis col- ligis æſcas. Auriculis quibus & dicas cute perditus/ ohe. ¶ Sexta eſt perpo- litum carmen hexametrum eſt in quo dactylus & ſpōdeus viciſſim decurrāt Verg. in Bucco. Silueſtrē tenui muſam meditaris auena. ¶ Septima eſt biſſil labis & triſſillabis dictionibus recte terminatur. Tethraſſyllabis aūt vel pen- thaſſillabis non niſi duriter finitur: ſed monoſſyllabis omnium duriſſime. niſi forte vocali ſequente poſſint abſumi. Exempla ſunt. Vergil. Aeneid. j. Arma virumq; cano troie qui primus ab oris. Verg. in Bucco. Pars ſcythiam & ra- pidū chrete veniemus oaxem. Verg. Aeneid. vij. Incluſum buxo aut erythia therebintho. Vergil. in Bucco. Hæc damon vos quæ reſponderit alpheſibeus. Verg. Aeneid. iij. Littoreis ingens inuēta ſub illicibus ſus. Alia autem mul ta in hunc locum conijci poſſunt: ſed hæc nobis impræſentiarum ſufficiant.

## Penthametrum carmen.

Penthametro ſunt quinq; pedes nam primus & alter.

Dactylus aut ſpondeus: ternus tantummodo ſpondeus.

Cum quarto quintus/ ſemper tibi ſint anapeſti

¶ Penthametrum carmen eſt quod quinq; pedibus decurrit: quorū primus & ſequundus ſunt in ferenter dactyli vel ſpondei. Sed tertius eſt tantū ſpon deus: quartus vero & quintus ſunt ſemper anapeſti. Ouid. iij. Faſt. Dulcia de dulci ſtipite mala cadunt ꝙ ſi iambus tertium occupare locum quandoq; vi- deatur (vt in hoc ouidiano de arte. Arte leuis currus art . regendus amor) ef ficitur ſpondeus per ceſuram/ Cauebo tñ imitari. Si aūt queris alterum ſcan ſionis modum. dic poſt tertiū pedem abundare ſillabam duobus ſequentibus dactylis poſt quos iterū ſillaba longa remanet: ſ; pes quintus nunꝙ eſt tribra chus: quia cuiuſcūq; verſus vltima ſillaba eſt anceps vti poſtea dicam.

## Penthametri carminis decorum.

Penthametri: medium: finiſ: ſententia: textus.

Pulchiram quiſquis amas: phraſin tibi rite notentur.

¶ Pro exornādo carmine penthametro. Quattuor generales regule aſſignātur. ¶ Prima eſt. In medio penthametri ceſura opus eſt: ita vt tres primi pedes mediū hexametri conſtituere poſſint. In quibus autem ceſura non eſt doctorū auribus indigni ſunt verſus. vt in hoc Catulli. Spectaret nec linguaꝫ eſſe nec auriculam. & aliįs centum in locis. ſed caue imitari quia ab vſu imperitorum nunc prorſus abhorret. ¶ Sequunda eſt. Penthametrum carmen ſex modis clauditur biſſyllabis dictionibus optime. Tetraſyllabis/penthaſſyllabis/& hexaſyllabis/ ſatis recte. Triſſyllabis vero duriter. ſed monoſyllabis omnium duriſſime niſi forte vel duo ſint monoſyllaba vel per ſynalepham colliſio. ¶ Exempla per ordineꝫ ſunt. Manth. contra impu. Quod latet in vapido pectore carmen olet. Martialis in epy. Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus. Propertius. Contractum nullis ante cupidinibus. Martia. in epi. Protinus ingentes ſunt inimicitie. Ouidi. lib. primo de pontho. Quolibet vt ſaltem rure frui libeat. Sic propertius. Catullus & tibullus frequentiſſime. Quos tamen in hoc non rebor imitādos. Martialis in epi. Sunt hęc trita quidem ʒoile ſed mea ſunt. Ouidius in quinto triſti. Pręmia ſi ſtudio conſequar iſta fateſt. Ouidius de art. Et ſolum conſtans in leuitate ſua eſt. ¶ Tertia regula eſt. Rei ſententia in penthametro: quod iungitur hexametro debet abſolui vel ſuſpenſa teneri vt ſequente elego perficiatur. Manth. contra impudi. Dona dei carmē nitidum facundia prēſtans. Mittitur ex aſtris: a ſuperiſqꝫ datur. Idem. Ibideꝫ. Qui bibit aſſidue gelidis de fontibus vndam. Et vitreo ſiccam diluit amne ſitiꝫ Carmina caſta facit veneris commercia vitat. Nec mouet ad verſus ora pudica leues. Nonnulli tamen regulam hanc vſquequaqꝫ minus ſeruarunt. vt Ouidius. v. triſt. Pone metum valeo: corpuſqꝫ quod ante laborum. Impatiēs nobis inualidumqꝫ fuit. Sufficit: atqꝫ ipſo vexatum induruit vſu. &c. Sed qđ rariſſime fit: non eſt noſtris vſibus committendum. ¶ Quarta regula eſt. In penthametro verſu. Duo adiectiua perpulchre duobus ſubſtantiuis preponuntur: verbo in medio vel in fine collocato. Tibullus lib. j. Dū meus aſſiduo luceat igne focus. Martialis li. iiij. Limphida conſpicui pocula fontis amo. Hæc autem regula in aliįs quoqꝫ carminum generibus non parū venuſtatis habet. Caue tamē ne eiuſdem rei nimia affectatio ineſſe videatur.

## Aſclepiadeū carmē.

Verſum aſclepiadis ſpondeus: ter: dactylus explet.

Si modo quę ſuperat tibi ſyllaba ſexta moretur.

¶ Carmen Aſclepiadeum eſt quod ab aſclepiade inuentuꝫ. ſpondeo & tribus dactylis ſexta ſuperabundāte. Longa ſyllaba conſtat. Hora. in od. Mecenas ata uis edite regibus. ſyllaba/ vis/ abundat/ quę ſi breuis eſſet: verſum redderet vicioſum. qualis eſt iſte. Feſtum nunc celebre magnaqꝫ gaudia. Pleriqꝫ autem carmen hoc aliter metiūtur: vt pes primus ſit ſpondeus: ſequūdus & tertius: choriambi. quartus pyrrhichius. ¶ Eſt autem choriambus (quia de illo nihil dictum) pes qui quattuor ſyllabis. prima & vltima productis duabus vero medijs correptis perficitur vt confugiū. ſed prior modus eſt lōge facilior.

## Aſclepeadei carminis decorū.

Regibus atq́ꝫ ſacris letum perſoluit honorem.

Hic numerus ſine colliſu cum ſoſpite paſſu:

¶ Aſclepiadeus verſus quattuor venuſtatis regulas habet. ¶ Prima eſt. Aſclepiadis carmen regibus terrarumqꝫ magnatibus ſalutandis: atqꝫ collaudandis optime congruit. Hinc Horatius in principio odarū. Mecenatem romanum equitem & omnium literatorum indeficientem patronum hoc carmine magnificat. Inquiens. Mecenas atauis edite regibus &c.

¶ Sequūda regula eſt. Diuinarum rerum hymnographijs aſclepiadeus verſus maxime conuenit. Hinc eſt. Sanctorum meritis inclyta gaudia &c. Et pleriqꝫ alij in quibus tamen erratus (qui plurimi ſunt) fac' aiaduertas.

¶ Tertia eſt. Carmen aſclepiadeum nullam recte patitur colliſionem: preſertim in ſacris. Hæc em̄ parum valet. Paſtorē egregium cura ouiū decet.

¶ Quarta eſt. Verſus aſclepiadis ſoſpite & recto paſſu incedere debet: ita ꝙ ſexta ſyllaba ſit dictionis vltima. Nam ſi monoſyllaba foret verſus nimis claudicaret. vt Nobis hęc tua ſunt carmina gaudio. vel ſi ſyllaba ſuperabundans eſſet penultima dictionis vt Formidate venuſtis mala gaudia.

## Glyconium carmen.

Spondeon poſt quē bis dactylon adde glyconi.

¶ Carmen glyconiū eſt quod a glycone poeta inuentum tribus pedibus ſpōdeo: & duobus dactylis perficitur. vt victorum genus optimum. In ſacris autem poſt tres aſclepiadeos ſolet collocari. Vbicūqꝫ vero aliter ꝙ dixi reperies quibus potes modis excuſato: ſed caueto imitari. Hic enim & vbiqꝫ alias rectum carminis vſum non aūt (qui paſſim multiplex eſt) abuſum doceo.

## Saphicum carmen.

Spondeum biño terno pede dactylon optat.

Treis ex quinq; alios ſapho vult eſſe trocheos.

¶ Carmen ſaphicū: eſt quod a ſapho nympha repertum: quinq3 pedibus trocheo/ſpondeo/dactylo/& duobus ſubinde trocheis procedit. vt Iſte confeſſor domini ſacratus. Erratus vbiq3 conſydera.

## Saphici carminis decorum.

Syllaba colliſus ſenſus ceſura nōtetur.

¶ Pro carminis ſaphici venuſtate quattuor ſunt regulæ. ¶ Prima eſt Monoſſyllabe/pentaſyllabe/& hexaſyllabe dictiones, ſaphico carmini male cōgruunt. cui biſſyllabe/triſſyllabe/& tetraſſyllabe recte competunt. Circa principiū tamen exigente ſententia monoſyllabe poſſunt admitti. ¶ Sequunda regula eſt. Saphicos verſus ellipſis vel ſynalephe colliſio penitus dedecet. Hic eniʒ non valet. Omnium autem exaſperitas nocebit. ¶ Tertia eſt rei ſententia tribus ſaphicis & vno adonio debet compleri. quod tamen pleriq3 non ſemper obſeruarunt. obſeruaſſe autem multo arbitror venuſtius. ¶ Quarta ē verſus ſaphicus ſine ceſura & concathenatione ſyllabarum/ omnino macer & ieiunus eſt. vt Noſtra nobis gaudia. ſtare queſo (& hic) Mercuri facunde nepos athlantis. Sed hic & quilibet ei ſimilis eſt viuidus & acer. Nouim⁹ q̄tas dederit ruinas &c.

## Adoniū carmen.

Iunctum ſpondeo ſibi dactylon optat adonis.

¶ Carmen adoniuʒ eſt quod ab adone poeta inuentum duobus pedibus dactilo & ſpondeo decurrit. vt Nubibus atris. Condita nullum. Fundere poſſunt Sydera lumen. Itaq3 tres verſus adonei hexametrum heroicū conſtituunt. In ſacris autem poſt tres ſaphicos ſolet enunciari. vt ſcandere cœli. Corporis artus/ Reſtituuntur &c.

## Alcmanium carmen.

Spondeo hinc illinc clauſus bis dactylon inter.

Hos alcmanus habet: modo ſyllaba ſexta ſuperſit.

¶ Carmen alcmaniū eſt quod ab alcmano poeta repertū. quattuor pedib⁹ ſpōdeo in frōte & calce. duob⁹ mediātib⁹ dactylis pgreditur ſexta tn̄ ſupabūdāte

Longua ſyllaba: vt O q̄ glorifica luce choruſcas: errata ſemper fac diligenter examines; quorum vbiq; copia redundat.

### Phaleucium carmen.

Spondeo & dactlo triplici ſubeunte trocheo.
Egregius vates fertur luſiſſe phaleuſcus.

¶ Carmen phaleucium eſt quod a phaleuſco poeta excogitatum. quinq; pedibus ſpondeo. dactylo: & tribus trocheis perficitur: vt nobis omnipotens redemptor adſit.

### Archilochium carmen.

Hexametri medio dactlo triplicię trocheo.
Archilocum ceciniſſe ferunt: quos græcia nouit.

¶ Carmen archilochium dactylicum eſt quod ab archilocho poeta repertū: ſeptem pedibus abſoluitur quorū tres primi ſunt ſicut in hexametro: vel oēs dactyli: vel omnes ſpondei: vel inter ſe mixti. Quartus vero ſemper eſt dactylus: ſed tres ſequentes ſunt trochei: vt ſoluitur acris hyems grata vice veris. Et fauoni &c.

### Alcaicum dactylicum carmen.

Cui ſpondeus iambus & hinc bis dactylus inſit.
Alcaicus modus eſt quinta ſuperante morata.

¶ Carmen alcaicum. Eſt quod quattuor pedibus ſpōdeo/ iambo / & duobus dactylis. Quinta ſuperāte longa ſillaba conſtat. vt. Princeps choruſco ſyderes pulchrior.

### Archilochium iambicum carmen.

In quo bis ſibi ſuccedunt ſpondeus iambus.
Archilochus cecinit: vel plures dantur iambi.

¶ Carmen archilochium iambicum. Eſt quod quattuor pedibus ſpondeo/iambo/ſpondeo/iambo/vel omnibus aut ſaltem pluribus iambis conſtituitur vt/a/ſolis ortus cardine. Beatus auctor ſeculi &c.

## Anacreontium carmen.

Hoc anacreontis quod lex dat vult anapeſtum.
Et bis iambeos tactus/reſtante notella.

¶ Carmen anacreontium eſt quod ab anacreonte poeta repertum tribus pedibus anapeſto & duobus iambis vltima abundante ſillaba conſtat. Vt rabidos feri tyrannos.

## Hypponacticum carmen.

In quo/ter/ſibi ſuccedunt ſpondeus iambus.
Hypponax cecinit: vel plures dantur iambi.

¶ Carmē hypponacticum eſt quod ab hypponacte poeta & philoſopho inuētum: ſex pedibus. Loco non pari ſpondeis: pari vero iambis viciſſim decurrit. Vt noſtruʒ redemptor munus oro fecundet. Nec fonte labra plui caballino.

## Archylochium anapeſticum carmen.

Quattuor archilochus/luſit quandoq; anapeſtis.
Multi ſpondeum. multi quoq; dactylon addunt.

¶ Carmen archylochium anapeſticum: eſt quod ab archylocho poeta excogitatum: quattuor/anapeſtis incedit: ſpondeus tamē & dactylus poſſunt admiſceri. vt Auidi baratro cunei pereunt. Homines quatimur fortunę ſalo.

## Parthenopeium carmen.

Poſtrema remanente nota vult: treis anapeſtos.
Parthenopeus in fronte tamen ſpondeon habebit.

¶ Carmen parthenopeium eſt quod a parthenopeio poeta & philoſopho re-pertum tribus anapeſtis conſtat. Vltima ſuperante ſillaba: vt fauet artibus in clyta virtus. primo tñ loco ſpondeum habere põt. vt fœlix nimiũ prior etas.

## Cuiuſq̧ verſus vltima communis.

Vltima cuiuſuis eſt anceps ſillaba metri.

¶ Pauca equidem de carminũ generibus dixiſſe videbimur: ſed breuitati ſtu-dentes ea tantum explicanda curauimus: quę ad eccleſiaſticum poſſunt atti-nere concentum: quibuſq̧ religionis noſtrę profeſſores vti conſueuerunt: ſed ne cuipiam ſcrupulus inſurgat. ꝙ aliquando ſpondeũ pro trocheo: vel contra in regione vltima ſituare viſus ſum. Notum ſit cuilibet verſificatori vltimam ſillabam cuiuſcumq̧ verſus eſſe communē: quę Ciceronis: & Quintiliani eſt ſententia: quã & ruffus: ita enodat. At finis bacchius erit: breuis vltima clau det Longa ſit/an/ne breuis nullũ diſcrimen habetur.

## H/debere conſiderari.

Verſificatores/h/gnauiter vſq̧ notabunt.

¶ Q ꝙ pleroſq̧ fefellit ſententia: vt/h/non eſſe litteram: ſed aſpirationis no-tam tantum dicerent. Tribus tamen modis debet conſiderari. ¶ Primo ſcri-ptura/merito eñ rideretur: qui hõ habeo &c. ſine aſpiratione ſcriberet. ¶ Se-quundo accentu & ſignificato. Longe eñ aliter proferuntur & ſignificãt. Ha-beo/bes/& hamo/hamas/ꝙ abeo/abis/& amo/amas. ¶ Tertio virtute qñti-tatiua: ſepe eñ conſonantis virtutē in carmine habet: vt apud Verg. Aenei. j. Poſthabita coluiſſe ſamo: hic illius arma. Et apud eundem. vij. Aeneid. Ad-didit & nate turniq̧ canit hymeneos.

## Verſuum cognomina.

Inuentor/numerus/pes/ſillaba/res/genus/ordo.

Fac tibi noteſcant: quia dant cognomina metro.

¶ Carmen modis decē cognominatur. ¶ Primo ab inuētore vt homericũ ab homero: vel ab inuentrice. vt ſaphicũ: a ſapho. ¶ Sequũdo a numero/ſilla-barũ ſicut endecaſillabũ: quod vndecẽ habet ſillabas: ſicut ſaphicũ: vt iſte cõ-feſſor dñi ſacratus. Penthaſillabũ quod quinq̧ ſillabis cõſtat: ſicut adonium: vt ſcãdere celi. ¶ Tertio a numero pedũ quod eñ duos hab; pedes: dymetrũ

dicitur:vt ſydera gliſco quod habet tres trimetrum appellatur:vt mundi gau
dia pelle quod habet quatuor:tethrametrum vocatur:vt. Omnia pręcipiti ca
ſu ruunt:quod habet quinq; penthametrū nuncupatur. Vt vult humiles ani
mos:vult pia corda deus quod habet ſex pedes hexametrum noīatur. Vt ſtat
ſua cuiq; dies & ineluctabile fatū. ¶ Quarto a pedis dominio:quod enim ſæ
pius dactylum habet:dactylicum vocatur:quod trocheum/trochaicū: quod
iambū iambicū &c. De quibus ſatis eſt dictum. ¶ Quinto ab alicuius pedis
imitatione:quod em̄ ſpondeū in regione quinta hexametri habet(quę ꝓpria
eſt dactylo)ſpondaicū nuncupatur. Vt cornua velatarū obduximus antenna
rum:quodq; dactylum in ſede ſexta habere videtur(quę propria eſt ſpondeo)
dactylicū appellatur. Vt inſerif vero ex fœtu nucis arbutus horrida. ¶ Sexto
a ſillabica diſpoſitione:quod em̄ vna deficit ſillaba ad ſui cōplementum. catha
lecticum dicitur. Vt mea renidet in domo lacunar. Senariū eſſet iābicū ſi vna
adderetur ſillaba: ſed quod ediuerſo vna ſillaba abundat hipercathalecticū vo
catur. Vt heu ꝙ p̄cipiti merſa ꝓfundo:quod vero vndiquaq; pfectū eſt. A ca
thalecticū nūcupatur:vt velle ſuum cuiq; eſt:nec voto viuitur vno. Septimo
ab ipſa/re/quę tractatur vt heroicū ī quo geſta magnatiū deſcribuntur:qua
lis eſt. Vergiliana æneis. Lucania pharſalis. Statiana thebais &c. ¶ Elegium
vero in quo miſerie & calamitates amorū narranf(quales ſunt epiſtole Ouid.
Elegie ꝓpertij. Tibulli & reliquorum.) ¶ Sed Liricū in quo res ſacre Lyra/
cytharaq; in templis modulande continetur:quales ſunt. Eccleſiaſtici hymni
qui ritu eduntur poetico. ¶ Octauo a diuerſitate generis verſuum. Nam vbi
vnicum eſt genus:monocolon:vbi duo ſunt genera:dicolon:vbi tria. tricolon
vbi quattuor tethracolon carmen dicitur. Quorū exempla puto eſſe crebrio
ra ꝙ vt hic enarrentur. ¶ Nono/a/conuerſione ad genus primum. Nā vbi poſt
duos verſus fit regreſſio ad primū/diſtrophon:vbi poſt tres. Triſtrophon:vbi
poſt quattuor. Tetraſtrophon:nūcupatur. Eſt em̄ hæc ſtrophe/huiꝰ ſtrophes
vel hæc ſtrophas/huius/ſtrophadis. latine conuerſio. ¶ Decimo a multitudi
ne verſiculorū. Nā ſi vnicus eſt verſus. Monoſtichon ſi duo/diſtichon/ſi tres.
Triſtichon/ſi quattuor. Tetraſtichon/ſi quinq;. Penthaſtichon/ſi ſex/hexaſti
chon:ſi ſeptem/heptaſtichon:ſi octo/ogeraſtichon:ſi nouem/peroaſtichon:ſi
decem/decaſtichon &c. Nam ſtychos:latine verſus dicitur. Vide ergo textū
diligenter/ex gloſa concipias:quia multi modi ſub vna cōtinentur dictione.
¶ Nunc igitur reſtat. vt ſpeciales quoq; regulas ꝙbreuiſſime fieri poterit:
elucidemus nihil penitus omittentes:quod ad carminis vtilitatē attinere vi
deatur. Breuitati tamen ſemper noſtro more ſtudebimus: qui autem deſide
rabit prolixitatem. Ad alios vt pote Capellam. Franciſcum nigru;. Diomedē
Diſpauterium:ſe conferet:apud quos ſane plus ſatis inueniet. lectitandum.

In te IESV ſpes mea recumbit.

## Petri Pontani Cæci Brugenſis In Artē Verſificatoriam.

### Liber Tertius de littera/A/in primis: medijs: & vltimis: ſyllabis.

### A: ante b: in primis.

VATES curtat: a: b: tibi ſint faber & ſtrabo teſtes.

A añ/b/in primis.

¶ A/ante/b/in primis ſillabis breuiatur. vt faber ſtrabo. Sabinus Mãthu. parthe. mar. lib. j. Tu faber incudē feriēs & follib⁹ actis. Hora. ſaty. iij. Et ſi quid vitium nō faſtidire ſtrabonē. Hic autē &c. (ne idem ſepius repetam) in ſequentibus regulis omnib⁹. Nota bis geminata ſicut abbas/abba/ſabbatū &c. ¶ Liquefacta ſicut crabro. fabrateria/flabrum/tabraca &c. ¶ Cremēta ſicut flabam/nabaʒ/fabar &c. ¶ Propria ſicut nabis/fabus/rabus &c. Quæ oia ex generalibus ſufficienter cognoſci poſſunt.

### Exceptio.

Fabula cum labes & pabula tabeo labor.

Scabidus hęc ſemper vates longanda reponunt.

¶ Sex ſunt dictiōes habētes/a/añ/b/quę ſemꝑ cū ſuis deriuatis primã ꝓducūt.
Fabula. ¶ Fabula fictus ſermo. Perſi. ſaty. v. Fabula ſeu meſto ponat̃ hianda tragedo.
Labes. ¶ Labes bis. macula vel infamia. Verg. li. ij. æne. Hinc mihi pria mali labes hinc ſpargere voces.
Pabulum. ¶ Pabulū cibus. Verg. j. eneid. Pabula guſtaſſent troie xanthū q; bibiſſent.
Tabeo. ¶ Tabeo bes. eſt ſordeo des. Luci. li. vij. Exterior nitidus ſepe eſt qui corꝑe tabet. Tabū aūt & tabes hic non pono: quia deriuata ſunt.
Labor. ¶ Labor eris. eſt cado dis. Verg. li. v. Labit̃ infelix multo cū ſanguine niſus. ſed hic labor oris. nomē: priorē corripit. Oui. de pãphilo. Prouidet & tribuit de⁹: & labor oia nobis. ¶ Dic ergo puer. Ni mea corda labor firmet/per cria labor.
Scabidus. ¶ Scabid⁹ da. dū. multã hñs ſcabiē. Lucre. li. iij. Scabida ſub tacito mutat̃ corꝑe peſtis. Ei⁹ tñ ꝯfines ſicut ſcabies ſcabioſ⁹/ſcabio. &c. ꝓmã cor.

## Documentum.

Flabellum labo labicum fabella mouentur.

¶ Quattuor dictiones habentes/a/ante/b/ primam ſillabam mouent & variant: quia apud authores nunc longantur nunc breuiantur. ¶ Flabellū quo ventum faciunt ad ignem excitādum. Propertius in.ij. Et mō pauonis caude flabella ſuperbe. Ouid. de arte. Profuit & tenui vētos mouiſſe flabello. ¶ Labo labas repente & cum impetu cado. Ouid. xj. lib. Metha. Iamq3 labant cunei ſpoliataq3 tegmina ceræ. Lucre. lib. vj. Atq3 vel imprimis quum labat funere funus. Sic & iuuencus. Spiritus ipſe viget: ſed corpus debile labat. ¶ Labicum italie oppidum. Verg. Aeneid. vij. Et ſacrane acies & picti ſcuta labici Stati. lib. viij. Thebaid. Acria velocis labici ſpicula torquent. ¶ Fabella modica fabula. Bapt. Manth. in epiſt. Gaudes quum iocunda tibi fabella citatur. Ouid. in Faſt. Seria virtutum leta fabella docet. Flabellum. Labo. Labicum. Fabella.

## A ante c.

Corripiemus/a/c/duc glacito cacabus acis. A ante c.

Caca bo cum thracin facundia machina gracus.

Cacula cum naca vel thracia vacia dacus.

Longis/a/poſt/b/vel/p/coniungere debes.

Hinc placeo baculus ſpacium brachis atq3 paciſcor.

¶ A ante/c/ in primis ſillabis corripitur vt acedia eſt pigritia. Acipenſer acipenſeris piſcis barbari raiam vocant. Achantis achātidis auis quam carduelem dicunt ſed achantus/ti/genus eſt ſpine. ¶ Excipiuntur primo tridecem dictiones in textu. ¶ Glacito/glacitas/ proprium eſt anceris quando vocem edit/Oui. de philomela. Cacabat hinc perdix/hinc glacitat improbus ancer. ¶ Cacabus/olla: Ouid. in faſt. Cūctorum aſpectu cacabus ater erat. ¶ Acis acidis fluuij nomen in ſicilia. Ouid. iiij. Faſtorum. Præterit & ripas herbifer aci tuas. ¶ Cacabo cacabas proprium eſt perdicum quādo vociferant. Ouid. de philo. Cacabat hinc perdix &c. ¶ Thracin. inis vel hæc thracis huius thracis: oppidū theſſalie. Lucanus lib. ſexto. Flebile pyeridū thracin preciūq3 nephandum. ¶ Facundia eloquentia. Baptiſt. Manth. contra impudi. ſcrib. Dona dei carmen nitidum facundia præſtans. ¶ Machina quecumq3 grandis fabrica. Lucanus. libro. j. Machina diuulſi turbabit fœdera mundi. ¶ Gracus Glacito. Cacabus. Acis. Cacabo. Thracin. Facundia. Machina. Gracus.

auis quam monedulam non garrulam vocant. Statius ĩ ſyluis. Moribus ac
Cacula. cipiter gutture gracus erat. Diminutiuum eius eſt graculus. ¶ Cacula pedi
ſequus ſeruus pagium galli vocant. Cornelius de vita alexan. Perfidus anci-
Naca. pites comitatur cacula greſſus. ¶ Naca fluuius appulię & oppidum macedo
Thracia. nię. Statius in ſylius Bellifere gentis carbaſa naca vehit. ¶ Thracia thraciæ
vel hæc thrace regio ſatis nota Silius. ſexto. Martia vicinas oſtendit thracia
Vacia. terras. ¶ Vacia is eſt qui crura introrſum reflexa habet. Martial. in epygrã.
Dachus. Vſq; mali quicq̃ nobis hic vacia ꝓfert. ¶ Dachus populus Dachi. Martialis
libro ſexto. Grande iugum domita dachus ceruice recepit. ¶ Sequundo ha-
bentia/ b/ vel/ p/ ante/ a/ vt Brachiũ/ baciliũ/ paco/ placo/ &c. Hinc rurſus quin-
Placeo. q; dictiones in textu excipiuntur cum ſuis deriuatis. ¶ Placeo/ places/ a quo
Baculus. placet imperſonale/ placenta genus libi placentia nomen oppidi & pleraq; alia
Spacium. ¶ Hic baculus vel hoc baculum fuſtis. ¶ Spacium ſatis claret. ¶ Hæc bra-
Brachis. chis græca dictio latine breuitas dicitur. ¶ Paciſcor/ paciſceris/ pactum facio
Paciſcor. fœdusq; ineo vel percutio.

## Documentum.

## Macero pachynus/vacillo/academia mutes.

¶ Quattuor dictiones / a/ ante/ c/ in primis variãt. ¶ Macero maceras eſt af
Macero. fligo/ macrumq; facio. Lucretius libro tertio. Macerat inuidia ante oculos
illum eſſe potentem. Idẽ libro ſeptimo. Heu heu ſi abcedes quanto macerabe-
re morbo. ¶ Deriuata tamen quędã ſicut macer/ macies &c. Primam ſemper
Pachynus. breuiãt. ¶ Pachynus promontorium eſt ſiciliæ. Ouid. quinto Metha. Leua
pachyne tibi lilibeo crura premuntur. Idem paulopoſt. E/ quibus imbriferos
Vacillo. verſa eſt pachynus ad auſtros. ¶ Vacillo/ huc illuc titubo. Lucretius Libro
tertio Tum quaſi vacillans primum conſurgit & omnes. Ibidem. Cruca vaci-
achademia lanti tardeſcit lingua madet mens. ¶ Achademia vicus & ſcola athenarum
vbi Ariſtoteles & Plato philoſophiam profeſſi ſunt. Treis primas certe hab;
ancipites. Claudianus de laude poetices. In latium ſpretis academia migrat
athenis. Ennius libro quinto Non achademie flores lectare ſolebas.

## Iungis hyacinthus quadruplex cui ſillaba detur.

Hyacinth⁹. ¶ Hyacinthus/ floris/ gemme/ & pueri nomen quattuor habens ſillabas. ſe-
quunda communi profertur. Hic autem id nominis: ideo poſui ne deciparis
cum ſtultorum multitudine qui per treis ſillabas enunciant. Lucretius libro
nono. Pulcher hyacinthus mutato corpore languet. Ouid. de triſt. Dulcibus
in campis non hyacinthus erat.

## Differentia.

**Fixum curtat acer:ſed mobile protrahit acer.**

¶ Hæc acer aceris ſubſtantiuum arborem ſignificans priorem corripit. Oui-
dius decimo Metha. Et platanus genialis acerq; coloribus impar: ſed acer/ Acer.
acris/adiectiuum eſt fortis & vehemens priorem q; producit. Iac... ſeq... an-
do de ponth. Acer & ad palme per ſe curſurus honores. ¶ Dic ergo puer acer Acer.
ſi fueris non acer orbis erit.

### Differentia.

**Tu daca quod fixum eſt breuia: quod mobile produc.**

¶ Hic & hæc daca orientis populus iuxta bactrianos priorē corripit. Sillius Daca.
Libro decimotertio. Curſu ſigna tulit cui peruia bactra daceq;. Sed daca adie
ctiuum: de quo nuper audiſti ad alterum dacie populū refertur: & eandē pdu
cit. Cornelius de vita Alexandri. lib. v. Daca phalanx medias properat curſu- Daca.
ra p vndas. ¶ Dic ergo puer Daca cohors gaudet q daca ſepe dolet.

### A ante/d/in primis.

**Corripiamus/a/d/ſed clades ſuadeo gadir,** A ante d. i primis.

**Gades caduſij gadilon/tradere gladis.**

**Et ladas ladon radix traducere ſpadix.**

**Et rado ſuadela ſimul caduceus educ.**

¶ A/ante/d/in primis breuiatur vt ſpado ſpadonis madeo mades/padus/pa
di &c. ¶ Excipiuntur ſedecem dictiōes in textu. ¶ Clades cladis magna ho Clades.
minum occiſio ſiue bello ſiue peſtilentia fiat. Perſius Satyra ſexta. Inſignē ob
cladē germane pubis & aris. ¶ Suadeo eſt hortor hortaris Lucretius libro
ſeptimo. Non hominū vitas cupiunt qui talia ſuadent. ¶ Gadir inſule & vr- Suadeo.
bis hiſpanię nomē feſtus in arato. Gadis prima fretū ſolida ſupereminet arce. Gadir.
¶ Gader gadium ſine ſingulari due ſunt īſule i cōfinibus hiſpanię. Cornelius
de vita alexā. Imbelles modico ceperunt milite gades. ¶ Caduſij ſunt populi Gades.
in extremitate habitabilis terrę. Priſcian⁹ i pihegeſi. Poſt hos caduſij duriſſi- Caduſij.
ma rura colētes ¶ Gadilon eſt mercātia q̄cūq; ex gadibus venit. Lucili⁹ li.
ij. Illuc tu ppera ſua quo gadila reportāt. ¶ Trado/dis/do/das vel pdo/pdis Gadilon.
Iuuēc⁹ de paſſiōe Illū hūc i mortē q finxit ſecula tradis. ¶ Gladis regio vltra Trado.
hyſpaniā vbi hercules colūnas fixit. Priſci. i pihe. Cui nomē gladis ſtatuas Gladis.

Ladas. Ladon. Rádix. Traduco. Spadix. Rado. Suadela. Caduceus.

hoc herculis iter. ¶ Ladas ladę alexãdri magni velociſſim⁹ curſor. Catul. Nõ ladas ego pennifer. ue perſeus (phalenticum eſt). ¶ Ladon onis. viri/canis/& fluuij ꝓpriũ. Oui. j. metha. Donec arenoſi placidũ ladonis ad amnem. ¶ Radix radicis ſatis claret Bapt. mã. de alphonſo. Nil radicis habent ſua qui veſtigia mutant. ¶ Traduco traducis eſt quicpiã de vna lingua in alteram muto. Ouidius in faſtis. In latium ęgeis vocem traduxit athenis. ¶ Spadix cis. color eſt mixtus. Lucretius libro. v. Non ſpadice decet tantos veſtirier artus. ¶ Rado radis ſatis patet Vergilius decimo æneid. Radit iter liquidum furiis excita pennis. ¶ Suadela: dea eloquẽtię vel ipſa eloquẽtia. Horatius in epiſto. Ac bene nũmatum decorat ſuadela venuſq3. ¶ Caduceus vel hoc caduceum eſt virga mercurij qua omnia pro arbitrio deorum efficere fingitur. propterea Caduceator vel caducifer dictus eſt. Ouidius libro quarto faſtorum. Tartara iuſſus adit ſumptis caducifer alis.

## Documentum.

## Seu bellum: ſeu/ſit mauors variabo gradiuum.

Gradiuus. ¶ Gradiuus eſt deus belli vel ipſum bellum. Sed ſemper primam habet ancipitem. Valerius flaccus libro quarto. Inclyta amazonidum magnoq3 exorta gradiuo. Vergi. aneid. quarto. Gradiuũq3 patrem geticis qui preſidet/ oris.

## Differentia.

## Vas cadus/a/breuiat: cadus gens/a/tibi longat.

Cadus. Cadus. ¶ Cadus cadi pro vaſe vinario priorem habet correptam. Lucilius libro tertio. Ipſe cados omnes relinam me quando reuiſes. Sed Cadus cadi pro populo maritimo priorem habet productam. Manth. in epiſt. Indomitus tumido circundatur equore cadus. ¶ Dic ergo puer. Implent vina cados circundant littora cados.

## Differentia.

## Terne produces vado: prime breuiabis.

Vado. Vado. ¶ Vado vadis tertij coniugatus eſt eo is. & priorem longat. Manth. de contempnẽda morte. Vadis in æthereas a corpore libera ſedes. ſed vado vadas prime coniugationis eſt quicpiam ad vadum duco & priorẽ corripit. Lucilius libro ſeptimo. Liber abi famularis equos tuus ipſe vadabo. Eſt autem vadum aqua illa quo equi aut boues potum ducuntur. Vide ergo vt vadum vador vadaris vadium vadimonium & ſimilia recte comprehendas. Propria autem

ſicut adam adon radalo &c. Item liquefacta ſicut badria quadrus quadriuium &c. ad generales regulas remitto.

## A/ante/f/in primis.

A ſuper f/curta penitus nihil excipiatur.

❡ A/ante/f/in primis corripitur vt vafer. A franius. Reliqua autem quę per f/ſonū habere videntur per ph/ſcribi debent. vt ſaphirus/ſaphiratus/ſapho/& ſimilia, itaq; huius regule exceptio nulla eſt. A/ante/f.

## A:ante:g:in primis.

Nos:a:g:corripimus cum ſeptē dena morantes A/ante/g.

Agea:agalma:lagopus:braguada:lagus:

Sagio:vagina:magalia:tragurus:agis:

Saga:& tragema:ragonia:tragula:ſagus:

Vagio tragitia:& quę lex ſubiecta docebit

❡ A/ante/g/in primis breuiatur. vt ago agis. Tagus pro fluuio luſitanię. tagax tagacis. pro furunculo qui vbiq; manus apponit vt aliquid ſurripiat &c. ❡ Excipiūtur decem & ſeptem quę in textu habentur. ❡ Agea: duarum vrbium nomen quarum vna in mauritania. Altera in Emathia eſſe fertur. Manthuanus in tropheo. Non tot certabat validis agea lacertis. ❡ Agalma agalmatis. græca dictio. latine ſtatuam: laruam: aut ſimulachru; deſignat. Stati⁹ in ſiluis. Veſtra equidē letus ſacris agalmata ponam. ❡ Lagopus lagopodis auis eſt quæ pedes & auriculas leporinis perſimiles habet. Martialis lib. vij. Si meus aurita gaudet lagopode flaccus. ❡ Braguada: fluuius germanie. Cornelius de vita alexandri. Et tumidis ſpumoſus aquis quē braguada cingit ❡ Lagus cōmune nomē ægyptiorum regum. Iuuenalis. Infelix rigidi circūdat mœnia lagi. ❡ Sagio ſagis eſt quibuſdam coniecturis futura predico. Lucillius li. ix. Nil recti ſagire poteſt mens dedita ſopno. ❡ Vagina theca gladiorum. Ouid. decimo methamor. Pendenti nitidum vagina diripit enſem. ❡ Hoc magalium magalij, paſtoralis eſt domuncula. Verg. æneid. primo. Miratur molem æneas magalia quondam. ❡ Tragurus piſcis: formam alecis habens. Lucretius libro nono. Carpio nec turtur ſi ſaltem tragurus eſſet. ❡ Hic agis huius agidis, vel agis commune nomen eſt regum. Lacedemo-

Agea. Agalma. Lagopus. Braguada. Lagus. Sagio. Vagina. Magalium. Tragurus. Agis.

niorum. Iuuenalis ſaty. viij. Non tot magnanimus vexilla parauerat agis.
Saga. ¶ Saga ſage veneſica mulier. Martialis libro xi. Expiet vt ſopnos garrula ſa-
Tragema. ga tuos. ¶ Hoc tragema huius tragematis vel tragematos. eſt quicquid ci-
bi aut potius ſequūde menſe apponitur. Statius in ſiluis. Tardus veniſti meli⁹
Ragonia. tragemata ſume. ¶ Ragonia: generale nomē canum paſtoralium. Manthu.
Tragula. ad gon. Impetuoſa togam morſu ragonia triuit. ¶ Tragula haſta/ vel rete.
Sagus. Lucretius lib. vij. Miſſilis elatū tranſfixit tragula pectus. ¶ Sagus ſaga ſa-
gum. eſt ſubtilis & qui ſuo ingenio multa pręcognoſcit. Lucilius li. ij. Sag⁹
Vagio. erat ſagoq; bonus dabat omina ſenſu. ¶ Vagio vagis. proprium eſt infantiū
& leporum. Cornelius de vita alexandri. Vt nouus ablaco matris puer vbere
Tragitia. vagit. ¶ Tragitia inſula eſt vna cicladum. Valerius flaccus. Mox ad tragitia;
nauis pagaſea cucurrit.

## Differentia.

### Femina ſaga: ſagax: ſubtilis ſunt ſaga panni.

¶ Qꝫ ꝙ horum noīm differentia iam ſatis explanata eſt eam tamen paucis re
Saga. petere nō pigebit. Nam ſaga ſage eſt venefica mulier & quę ſortilegijs vtitur
Sagax. priorēq; producit. Tibull⁹. Emula grādeuū cōfecit ſaga parentē. ¶ Sagax ve
ro adiectiuū eſt ſubtilis & ingenioſus priorē corripit. Lucretius libro. x. Plu
ribus in dictis hominem iuuat eſſe ſagacem. ſed ſagum ſagi eſt genus panni
& priorem breuiat. Iuuenalis ſatyra ſexta. En ſaga vendenti nubat caupone re
licto. ¶ Dic ergo puer. Non ſaga geſtantem formidat ſaga tyrannum.

## Differentia.

### Laganum habe longum: lachanum tamē eſt breuiandum.

Laganum ¶ Laganum genus eſt cibi ſatis noti & primam habet ꝓductā. Cornelius de
Lachanu; vita alexandri. Ruſtica barbaricis glubemus lagana villis. Sed Lachanu; eſt
quodcunq; genus oleris & primam corripit. Horatius ſatyra vj. Me ad porri
& ciceris refero lachaniq; cathinum. ¶ Dic ergo puer. Lagana cum lachanis
nobis conuiuia donent.

## Documentum.

### Cum prcit: f: vel: p: componens: a: g. morabor.

### Demes cum pagaſa fragilis fragor: atq; flagellum.

¶ Dictiones quibus f/aut/p/ponitur ante/a/producunt illud/a/ante/g/vt fa=
gus/flagitiũ/flagito/cagus/pagina/pago &c. ¶ Sed quattuor in textu excipi
untur: quia primam corripiunt. ¶ Pagaſa oppidum theſſalie. vnde natus iaſon Pagaſa.
pagaſeus cognominatur. Ouid. vij. metha. Iamq3 fretum minye pagaſea pup
pe ſecabant. Reliqua autem clariora ſunt ꝙ vt explanationis egeant.

## Differentia.

### Pro patria: & reti: plaga: dic ꝑ vulnere plaga.

¶ Plaga trib⁹ modis accipit. Primo eñi eſt regio. Ver. vij. ęnei. Quattuor in Plaga
medio dirimit plaga ſolis iniquis. ¶ Sequũdo eſt pars retis vel ipſum rete. Ho Plaga.
ratius in epi. Gargilius qui mane plagas venabula ceruos &c. pro his duabus
ſignificantijs priorem corripit. Tertio eſt vulnus ſeu percuſſio & eandem pro=
ducit. Ouid. de triſti. Non habet in nobis iam noua plaga locum. ¶ Dic ergo Plaga.
puer. Has mihi plaga plagis non dedit vna plagas.

## A: ante: l: in diſſyllabis.

A: ſuper: l: produc ſi ſint diſſyllaba: tolle A/ante/l/

Hinc halys atq3 ſalum: cui iũge faleq3: falumq3.

Cum pale vel chalabus quibus adde palãq3 paliq3

Et quorum patrius creſcit: deme ales: & halec.

¶ Diſſyllaba producunt/a/ante/l/vt talis qualis/balo. ¶ Excipiuntur primo
octo quę in textu habentur. ¶ Hic halys: fluuius theſſalie. Ouidius. iiij. de
ponto. Influit & crebro vertice tortus halys. ¶ Salum eſt mare. Silius libro Halys.
ſeptimo. Stellatum ſuperante ſalo iactamur ad axẽ. ¶ Fale falarum. ſunt tur Salum.
res lignee ad muniendas vrbes. Ouid. de faſti. Multa querẽs animo conſtitit Fale.
ante falas. ¶ Falum li. idem Cornelius de vita alexandri. Grande falum ſta=
tuit quod non equare ſagitte. Curetum valeant & c. ¶ Hæc pales huius palis Falum.
dea paſtorum & pabulorũ. Verg. in bucco. Ipſa pales agros atq3 ipſe reliquit Pales.
apollo. ¶ Cales calium. oppidum thracie. Vergi. aneid. vij. Aequora quiq3
cales linquunt amniſq3 vadoſi. Cales.
¶ Palam ſiue præpoſitio ſiue aduerbium coram & manifeſte ſignificat. Iuue=
nalis ſaty. vj. Fient iſta palã: cupientq3 & in acta referri. ¶ Palin græca dictio Palam.
latine contrariũ explicatur. hinc palinodia eſt eorum quæ dicta ſunt cõtrarius Palin.

ſermo vel cantus. Lucre. lib. x. Non rubro eſt cantanda mihi palinodia vultu. ¶ Secundo excipiuntur nomina tertię declinationis: quę in genitiuo ſingulari creſcentiam habent vt ſal/ſalis/ſalus/ſalutis/phalanx phalangis/ ſalix ſalicis &c. ¶ Duobus tñ demptis: ales ſiue ſubſtantiuū pro quacunq; auicula ſiue adiectiuum pro veloce Vergilius vndecimo. A liituum pecudumq; genus ſopor altus habebat. Statius in ſyluis. Alitibus plantis ſecretas currit in edes Et alec vel halex halecis ſiue pro piſce ſiue pro garo. Martialis in epi. Halecem: ſed quam protinus illa vorat.

## Differentia.

## Halo confragro longum eſt: alo nutrio curtum.

Halo.
Alo.

¶ Halo halas eſt redoleo redoles & priorem producit. Verg. j. æneid. Thure calent aræ: ſertiſq; recentibus halant. Sed alo alis eſt nutrio nutris & eandem corripit. Vergi. iiij. Aeneid. Vulnus alit venis & ceco carpitur igni. ¶ Dic ergo puer. Halant hic fruges quæ tibi corpus alant.

## Differentia.

## Malus quod fixum eſt longo: quod mobile curto.

Malus
Malus.
Malus.

¶ Malus/ mala/ malum. Tria per ſe ſubſtantiua priorem longant. Nam hæc malus eſt arbor ſiue in orto ſiue in naui. Statius in thebaid. Splẽdida ſublimi radiabant carbaſa malo. ¶ Hæc mala male eſt maxilla. Perſius Satyra. tertia. Offitat heſternum diffutis vndiq; malis. Sed malum mali eſt fructus ſatis notus. Verg. in bucco. Malo me galathea petit. Laſciua puella. ¶ Malus vero adiectiuum priorem vbiq; corripit. Manch. in epyg. Qui malus eſt omnes ſecum tabeſcere vellet. Statius in ſyluis. Quod ſordes olcat: mens mala ſemꝑ auet. Ouid. de triſt. Exitiale malum nobis diſcordia gignit. ¶ Dic ergo puer Malum mala malum ſumpſit quæ tradita malo eſt.

## Differentia.

## Dic pro vaſe calix: pro fructus tegmine calyx.

Calix.
Calyx.

¶ Calix per/ i/ latinum eſt vas proprię ligneum: licet pro alio quouis accipiatur & priorem corripit. Horati. in epiſt. Fecundi calices quem non fecere diſertum. Sed calyx per/ y/ græcum eſt foliũ contegens quemcũq; fructum. Columella libro quinto. Denſato tecti requieſcunt calyce fructus. De his plura habes inter genera. ¶ Dic ergo puer. Auratum calicẽ velatum calyce porto.

## Differentia.

Produco nom̄en calo:breuio calo verbum.

¶ Hic calo calonis eſt baiulus lignorum & priorem ꝑducit. Perſius Saty.v. Calo.
Sambuccam citius caloni aptaueris alto. Sed calo/calas/eſt voco/vocas/& eā Calo.
dem corripit. Lucilius libro. xj. M[illegible] voce calabo.
¶ Dic,ergo puer. Quū te calo/calo/proijce ligna foco.

## A ante/l/in poliſyllabis.

A/ſuper/l/breuiant poliſyllaba:dupla notentur.

Alecto/aliphe/balena/haloraq;/longis.

Alea/caligo/aloperea/qualea/ſqualet.

Talio/malobatrum/calatia/talca/iunges:

Caliſto/caluſtrutie/ſcalenaq; dictis.

Phalarna/& ſalentum & laletania:ſubdam.

¶ Polyſillaba corripiūt/a/ante/l/in primis vt calamus thalam⁹ ſalebra/quod
poſtremum maxime addo/quia ab inconſultis iter producta reponitur. Quū
Martialis dicat. Sed quæ per ſalebras:altaq; ſaxa cadunt. Et hora. in Epi. Qui
queritur ſalebras & acerbū frigus & hymbres. ¶ Primo excipiuntur dupla.i.
que/ll. duplicato ſcribūtur:ſicut Balliſta. Pallium:allia allium &c:quæ prima
poſitione producunt. ¶ Sequundo excipiuntur decem & nouem dictiones in
textu. ¶ Hec alecto hui⁹/alecti vsl vna ē furiarū latine iceſſas explicat. Clau Alecto.
dianus. Alecto horrificis frontem velata colubris. ¶ Hæc aliphe huius ali- Aliphæ.
phes eſt oppidum campaniæ. Silius.viij. Aliphe & clanio comtempte ſemper
acerre. ¶ Balena piſcis ſatis notus. Iuuenalis ſaty.v. Quātum delphinis bale- Balena.
na britannica maior. ¶ Halora vrbs boetie. Cornelius de vita alexandri Frau Halora.
dibus explicitis edocta halora per annos &c. ¶ Alea genus ludi criſtiano exe Alea.
cratiſſimi. ¶ Perſius ſaty.v. Hic campo indulget hunc alea decoquit ille &c.
¶ Caligo caliginis eſt obſcuritas & verbū caligo caligas eſt obſcuror obſcu Caligo.
raris Iuuenalis Saty.iij. Et genus humanum damnat caligo futuri. Manth.
li.ij. Parthenices. Ma. Ignibus extinctis iam caligauerat antrū. ¶ Aloperea
inſula eſt ad mare egeum. Val. Flaccus lib.iiij. Heu noſtram miſeri ſorte alo- Aloperea.
perea ridet. ¶ Qualea auis quam & cothurnicem dicunt. Lucilius libro.vij. Qualea.

Squalco. Creber odoratis modulaſ qualea pratis. ¶ Squalco ſquales/ſqualui/ſine ſupinis: eſt vel ſolis calore vel carceris pedore offuſcor. Statius thebaid. quinto. Obſita ſqualebant fugientibus arua colonis.
Talio. ¶ Talio/nis/eſt pœna ſimilis ſlapitio: vt dare dentem pro dente/oculum pro oculo &c. Lucretius libro nono. Lamenti ratio nulla eſt. te talio plectit.
Malobatrū ¶ Malobatrū vnguentum/quo mulieres in termis ad expoliendam cutem vti ſolent. Sidonius in primo panegyrico. Coſtum malobatrum: myrrhas: opobalſama: thura &c.
Calatia. ¶ Calatia oppidum eſt campaniæ. Sylius octauo. Condita nec paruis aberat calatia muris.
Talea. ¶ Talea putamen lignorum. Sere. Fraxinea in flammis quem fudit talea ſuccum
Caliſto. ¶ Hæc Caliſto huius caliſtus. filia lychaonis: & pro vrſa ſumitur. Ouidi. v. Metha. Caliſto ſacri pars fuit vna chori.
caluſtrutię. ¶ Caluſtrutię/arum/commixtiões herbarum Columella libro. v. Non caluſtrutię morti cum ſanguine proſunt.
Scalena. ¶ Scalena compactio eſt ſcalaruȝ. Statius in Thebai. vndecimo. Tendebat poſtes fragilis ſcalena per altos.
Phalarna. ¶ Phalarna piſcis nomen. Columel. lib. iij. Non magis equorea gaudet phalarna ſub vnda &c.
Salentum. ¶ Salentum promontorium & lacus Italiæ: hinc ſalentinus/ſalentina/ſalentinum. Vergil. Aeneidos tertio. Et ſalentinos obſedit milite cāpos.
Laletania. ¶ Laletania pars eſt hiſpaniæ. Cor de vita Alexandri. Fortes acris equos tibi laletania profert.

## Documentum.

## L/ſimplans curta: duplans pallatia produc.

Palatium. ¶ Scriptorum controuerſia effecit vt nomen palatium & eius adiectiuum palatinus/palatina/palatinum: primam habeant ancipitem. Nam qui per vnicum l/ſcribendum cenſent corripiunt. Tibullus libro tertio. Sed tunc paſcebant herboſa palatia vaccę. Horatius in Epiſto. Scripta palatinus quęcumqȝ recepit apollo.
Pallatium ¶ Qui vero per/ll/duplum ſcribere malunt primam poſitione longant. Papi. primo ſyluarum. Duȝ noua contemptis ſurgāt pallatia flammis Martialis lib. viij. Qui pallatine caperet conuiuia menſe. Vtcunqȝ igitur etiā promiſcuo efficere nihil eſt periculi.

## Differentia,

## Talia mobilito: ſed ſubſtantiuo thalia.

Talia. ¶ Talia bifariam accipitur. Vno modo adiectiue: tūc eſt numeri pluralis prima longa/ſequunda breui: & non aſpiratur. Vergi. j. æneí. Talia iactanti ſtridens aquilone procella.
Thalia. Altero vero modo ſubſtantiue: tunc eſt numeri ſingularis: prima breui: ſequunda longa: & per aſpiratiōeȝ ſcribitur. Eſt autem vna muſarum ſic dicta quaſi virens & ſemper germinans. Martialis libro ſexto. Excutimus noſtros verſus agitante thalia. ¶ Dic ergo puer. Talia quæ bona ſunt corda thalia petit.

## Differentia.

## Calleo dureſcens:caleo patiendo calorem.

¶ Calleo calles duobus modis accipitur. Vno enim modo eſt obdureſco obdureſcis/labore frequenti: vt ſolent qui multum operando callos in manibus acquirunt. Lucretius libro.ix. Poſt ꝑ trita manus diuturno incalluit vſu. Et tranſumptiue ſumitur pro eo quod eſt per longam experientiam intelligo. Perſius Saty.quarta. Ante pilos venit dicenda tacendaq; calles: tunc duplo/ ll/ſcribitur: & eius adiectiuum/callidus/ callida/callidum/ i / ſubtilis & aſtutus. Perſius Saty.prima. Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo. Altero vero modo eſt calorem patior & per vnicum/ l /prima breui cum ſuis deriuatis ſcribitur. Perſius Saty. tertia. Nil calet hic ſummoſq; pedes attinge manuſq;. Idem Saty.quarta. Fert animus calide feciſſe ſilentia turbæ. ¶ Dic ergo puer. Qui virtute calet: ſemper bona dogmata callet. Calleo. Caleo.

## Differentia.

## Caligo obſcuror:caligo dum crura voluto.

¶ Caligo/caligas/bifariam ſumitur. Vno modo neutraliter pro obſcuror/obſcuraris. Et primam ſequundamq; habet productas. De quo in exceptione ſatis eſt dictum. Altero modo actiue pro eo quod eſt caligas induo: & eaſdē habet correptas. Ouidi de Triſti. Nudum obtruncabit: nec caligare ſinet. ¶ Dic ergo puer. Vix bene ſe caligat quiſquis: caligat in vmbra. Caligo. Caligo.

## A ante/m/ in primis.

## A ſuper/m/ducunt diſſyllaba: ſed clamis inde. A ante m.

## Et/tamen atq; fames/ſamos/& thamas/ac zama demam.

¶ Diſſyllaba producunt/ a / ante / m / vt phama / ramus/ amen. &c. ¶ Excipiuntur ſeptem dictiones in textu. ¶ Hæc clamis clamidis mantellum dicunt. Perſius Satyra.ſexta. Iam clamides regum: iam lutea gauſapa captis. ¶ Tamen coniunctio ſatis nota. Sedulius de diuite. Mundū omnē vſurpes: nil tamen indeferes. Fames famis eſuries vel cupido. Ouid. in epiſt. Auri ſacra fames: in ſcelus omne rapit. ¶ Hæc ſamos / huius ſami inſula eſt conſecrata iunoni. Vergilius Aeneidos primo. Poſthabita coluiſſe ſamo hic illius arma. ¶ Hæc ſame huius ſames/ etiam eſt inſula. Verg. Aeneid. tertio Clamis. Tamen. Fames. Samos. Same.

Tamos. Dulichiumq; ſameq; & neritos ardua ſaxis. ¶ Hæc Thamos. i. nympha ma‑ ris vel ipſu; mare. Statius in ſiluis. Hinc iaculata thamos furiatis vndiq; mõ‑ ſtris &c. ¶ Zama nomen oppidi. Sili. libro tertio. Et zama & huberior rutu‑ zama. lorum ſanguine tapſus.

### Differentia.

## Hamo produces: ſed amo breuiare iuberis.

Hamo. ¶ Hamo/ hamas/ priorem habet longam: & quicquid ab eo deſcendit. Ouid. in epi. Quos mihi quos piſces liquidis hamabit in vndis. Propterea. Illud Iu‑ uenalis. Satyra. xiiij. Diſpoſitis prediues hamis vigilare cohortem &c. Non eſt imitandum. quia/ s/ cum ſua vocali in dictione prediues abſumitur. quod apud nos non licere ſupra oſtendimus. Rectius autẽ inquit Horatius in epi. Amo. Suſpectos laqueos adopertum miluius hamũ. ¶ Sed amo amas. priorem corripit. Ouid. de remedio. Et ſi quid faciam nunc quoq; queris amo. ¶ Dic ergo puer. Fœmina quicquid amat digitis furacibus hamat.

### In poliſyllabis.

## A: ſuper: m: breuiant: quę ſunt poliſyllaba: preter
## Bamura: amentum: lamẽtor: lamina: & iſtis.
## Mamercus: recte ſimul hamerochita iunges.

¶ Poliſyllaba corripiũt/ a/ ſup/ m/ in primis vt famul⁹/ camera/ caminus/ &c.
Bamura. ¶ Excipiuntur ſex dictiones in textu. ¶ Bamura vrbs eſt aphrice. Silius li‑
Amẽtum. bro tertio. Tu; chalybis pauper bamure cruda iuuentus. ¶ Amentũ eſt illd lorum quo iaculum impellitur. Silius. iiij. Amento renouantq; noua forna‑
Lamẽtor. ce bipẽnes. ¶ Lamentor lamentaris eſt cõqueror & doleo. Lucilius. lib. iij.
Lamina. Quid lamentari miſerum iuuat omine facto? ¶ Lamina eſt tenue fruſtum cuiuſuis metalli. Claudia. ad hono. Flexilis inductis animatur lamina mem‑
Mamercus bris. ¶ Mamercus ſuperbie amator populus in phrygia. Cornel. de vita ale‑
Hamero‑ xandri. Mamercoſq; leues ventoſa ſuperbia nutrit. ¶ Hamerochita oppidum
chita. eſt grecie. Statius. in thebaide nono. Tam fluxos habitus non⁹ hamerochita geſtat.

### Documentum.

## Amineum & ſamariam: ſeu propria mutes.

¶ Due dictiones Amineum & Samaria. primam habent cōem ſicut nomina ꝓpria vt Amianus. Dameta. Mamurius. &c. Eſt autem Amineū oppiduꝫ/ & mons campanie prope phalernum. Ver. geor. ij. Sunt & aminee, vites fortiſſima vina. Corne. de vita alexan. Non amineos reparabunt ære liquores. ¶ Samaria regio eſt iudee propinqua. Sedulius. Samariam dulci luſtrabat flumine chriſtus. Serenus. Sanctis eloquijs permota ſamaria ceſſit. Amineum Samaria.

## A: ante: n: in primis.

A: ſuper: n: longant diſſyllaba: ſed manus inde A / ante / n / in primis.

Et clanis: atq; phanes: panos atq;: panax: ana demas

Quis canis atq; canon vel anas coniungere debes.

¶ Diſſyllaba producunt a / ante / n / in primis vt ſanus. mano. phanū. &c. ¶ Excipiunt noue dictiōes in textu. ¶ Manus pars corpis vel exercitus. Ver. ęneid. ſequūdo. Pars manibus validi turres & mœnia ſcandunt. ¶ Clanis fluuius cāpanie. Sillius. viij. Et clanis & rubico ſenonū de momine ſenc. ¶ Phanes grę ca dictio. Latine apparitio dicitur & ſolem recte ſignificat qui quotidie renouatus apparet. Philelphus ſaty. xj. Hunc veteres diuum vates dixere phaneta. ¶ Hæc panos huius pani. oppiduꝫ aſſyrie. Manilius li. iiij. Bactraq; & herios babilon & ſuſa panoſq;. ¶ Panax panacis. herba cuius ſuccus opopanax febribus expellendis maxime conducit. Columella lib. xj. Nunc medica panaces lachryma ſuccoq; ſalubri. ¶ Ana aduerbium græcum latine ſurſum in compoſitione tantum profertur vt analogia. Anaglyptum: Analectum eſt mica ſub menſam cadens. Martia. in apo. Sed preciū ſirpis nunc analecta dabunt. ¶ Canis / ſtella / piſcis / & venaticum animal. Vergi. in bucco. Cum canibus timidi venient ad pocula damme. ¶ Hic canon canonis. regula. Auſonius in epi. Hic demū exceſſit grāmaticos canonas. ¶ Anas anatis auis / fluuius / & morb⁹ vetulorum. Auienus in arato. Latipedemq; anatem cernes excedere ponto. Clanis. Phanes. Panos. Panax. Ana. Canis. Canon. Anas.

## Differentia.

Hec breuiatur anus: ſed mas producitur anus.

¶ Anus pro vetula generis fœminini quarti declinatus priorē corripit. Ouidius de amore. Pāmphile tolle manus: iamq; redibit anus. Sed anus ꝓ podice ſiue culo: gñis maſculini ſequūde inflectionis eandem ꝓducit. Lucre. vj. Sordentem teneris ramalibus expiat anum. ¶ Dic ergo puer. Cum ſe curuat anus ſonat illi turpiter anus. Anus. Anus.

## Differentia.

Fixum curto planus: ſed longo mobile planus.

Planus. ¶ Planus ſubſtantiuum græcum pro deceptore & calũniatore/ priorem breuiat. Horatius in epi. Fracto crure planũ licet illi plurima manet &c. Sed planus adiectiuũ latinum pro facili & minime ſalebroſo/ eandem longat. Sta. in ſyluis. In planos furibũdus agros deſcẽdere iuſſit. ¶ Dic ergo puer Rupta eſt coxa plano ludenti in tramite plano.

Planus.

### Differentia.

De cano quicquid habes breuia: de caneo longa.

¶ Diſcriminis illud maxime hic poſui, vt preceptores moneant ſuos ſtudioſe hortari diſcipulos. vt dictionum differentias diligẽter inquirant: ex his etẽm ambiguitatis plurimũ aliquando conſurgit. Itaq; quicquid a verbo Cano canis. vel a nomine canis deſcendit. priorem habet correptã: ſed quicquid a verbo caneo canes. i. per ſeniũ albeſco deriuatur/ eandem producit. Canes ergo tripliciter dicitur. Eſt ẽm futurum a cano/ preſens a caneo/ pluratiuũ a canis. ¶ Similiter cane quadrupliciter comperitur. Eſt ẽm imperatiuus a cano. & a caneo/ vocatiuus a canus cana canum ablatiuus a canis. De aliis multis ſac ſimili modo practices. Hic autem ſingulorum exempla inculcarem niſi breuitatis amator forem. ¶ Dic ergo puer. Pelle canes (vbi ſacra canes) qui vertice canes vel ſic. Cane magis cane noſtro cane iã cane penis.

Cano.
Caneo.

### A ante n: in poliſyllabis.

A ante/n. A: ſuper: n: rapiunt poliſyllaba: tu ſata longis.

Danubius: cum canidia: vel ganco: demas.

¶ Poliſyllaba corripiũt/a/ante/n/ vt canalis/ laniſta/ lanio. &c. ¶ Excipiũtur primo quę a longis diſſyllabis deriuata ſunt vt ſanitas a ſanus. lanugo a lana. Phanaticus a phanũ. &c. ¶ Secũdo excipiuntur tria in textu. ¶ Danubius: fluuius germanie. Ouid. in epi. Danubii mediis vix prohibẽtur aquis. ¶ Canidia venefica mulier. Horatius ſaty. vii. Canidia afflaſſet peior ſerpentibus aphrys. ¶ Ganco guloſus & meretricũ amator. Iuuena. ſatyra. xi. Sed laudet ſiliquas occultus ganco pultes. Gancum vero vel ganca: locus eſt in quo gancatur. De quibus oĩbus idem puto eſſe quantitatis iudicium q̃ nõnulli aliter poſuerunt neotericorum.

Danubius.
Canidia.
Ganco.

### A: ante: p: in primis.

**Nos breuiamus:a:p:ſed recte dupla notentur.** A/ante/p.

**Sapo:apœninus:ſaperda:& crapula:capo:**

**Papas:apidanus:ſtapes:& vapulo:ſapis:**

**Apher:papilio:cum rapa:paphago produc.**

¶ A/ante/p/in primis corripitur vt apine/napus/pape/interiectio que/a/ple=
riſq; inter producta male reponuntur. ¶ Primo excipiuntur geminata quæ di
ligenter debent cōſiderari ſicut pappo/ſapphyrus/ſappho/pappus/ mappa &c.
in quibus multi errant.
¶ Sequūdo excipiuntur quattuordecem dictiones in textu. ¶ Hic ſapo ſapo Sapo.
nis. ſpecies eſt qua macule expurgantur. Serenus. Attrito papone genas pur=
gare memēto. ¶ Apœninus:mos cuius vna pars eſt italie. Altera ſicilie:illu; Apœninus
etenim mare intercidit. Vergi. duodecimo æneid. Vertice ſe attollens pater
apœninus ad vndas. ¶ Saperda ſalſus eſt piſcis; vel etiam recens: quem galli Saperda.
moiluam vocant. Perſius ſaty. v. En quid:agam rogitas?en ſaperdam aduehe
ponto. ¶ Crapula eſt illa immoderata gula qua cibum adhuc fere crudū aui Crapula.
de deuoramus. Bapti. manth. in epy. Turpis mirificas corrupit crapula metes
¶ Hic capo caponis. vel hic capus capi. pro eodem gallus eſt caſtratus. Au. in Capo.
epy. Non mihi lis oritur iam de capone perempto. Catul. in epiſt. Tota ſagina Papas.
tus menſula capus erit. ¶ Hic papas pape. ſyracuſana dictio latine cuſtos pue
ri ductor/vel pater explicatur. Iuuenal. ſaty. vj. Que peperit timidus pregu=
ſtet pocula papas. Pappa vero pro ſummo pontifice geminatur vt arbitror. Apidanus
¶ Apidanus: fluuius theſſalie & etiam italie. Ouid. triſt. iiij. Conditur api= Stapes.
dano conditur eridano. ¶ Hic ſtapes huius ſtapis illud eſt quod equitantium
pedes ſuſtinet. Corne. de vita alexandri. Vulnere confoſſus clamabat ſtape ſo= Vapulo.
luto. ¶ Vapulo pulas. eſt percutior teris. Iuuenalis ſaty. iij. Si pugna eſt vbi/ Sapis
tu puiſas ego vapulo tantum. ¶ Sapis: fluuius inter galliam & italiam. Lu= Apher.
canus. lib. ij. Cruſtumiumq; rapax & iunctus ſapis iſauro. ¶ Apher phra.
phrum. aphricanus ſiue de aphrica. i. lybia. Verg. iij. geor. Armētarius apher Papilio.
agit tectumq; laremq;. ¶ Papilio papilionis. alatus vermiculus & tentoriu; Rapa.
militum. Sil. iiij. Irruite o ſocij ſub papilione quieſcūt. ¶ Hæc rapa rape vel
hoc rapū eſt genus radicis ſatis notum. Mart. in xenijs. Hæc tibi brumali gau Paphago.
dentia frigore rapa. ¶ Paphago paphagonis populus iuxta bythyniā. Priſcia
nus in perihegeſi. Paphagones poſt hos mariā/diuiq; ſequūtur.

## Differentia.

**Hæc curtatur apis:ſed mas longabitur apis.**

Apis. Apis. ¶ Apis vel apes generis femini pro mellifica muſca priorem corripit. Ouid. I epiſt. Melſa fauoſq; cauo ſedula condit apis. Sed apis huius apis: vel apidis maſculini generis ꝑ rege quodaꝫ ęgyptio. Item pro viro & ydolo aphrice eandem producit Luca. lib. viij. Luſtra ſue phœbes non vnus vixerat apis. ¶ Dic ergo puer. Sepe laborat apis quod neſcit prouidus apis.

## Differentia.

Tu breuia lapathos: ſed athes producere cura.

Lapathos. Lapathes. ¶ Hęc laphatos laphatis herba quam radicem dicunt primam breuiat. Columel. in. xj. Lubrica iam lapathos iam thami ſponte vireſcunt. Sed lapathes lapathis etiam herba eandem longat. Serenus ſepe chelidoniam cum ſucco lapathis addes. truncate autem athes / pro lapathes in textu habetur quia integrum verſus hexameter nō recipit. ¶ Dic ergo puer. Quod neſcit lapathis virtus hoc lapathis infert.

## A / ante / q / in primis.

A / ante / q. Vates curtāt / a / q / pręterq̄ compoſitiuis.

¶ A / ante / q / in primis corripitur vt aquila laqueus aqua. &c. In compoſitis tamen frequentius producitur vt quaq; quaqua quaq; &c.

## A ante / r / in primis.

A / ante / r. A ſuper / r / breuia: modo recte dupla notentur.

A diectiuum in rus: lariſſa & pareo naris.

Arunci: arunca: aruncus: car: caria baris.

Et larinates: carax: cum varice: carex.

Areo: carabus: narix et glarea: maris.

Larius: & claris: cum varo: carica: naret.

Narea: cum phari: barum: quare: area: parus.

# Hęc vates latij ſemper longanda reponunt.

¶ A/ante/r/in primis corripitur vt pharos/lares/arabs &c. ¶ Excipiunt pri
mo geminata quę ſtudioſe notanda ſunt. ſicut carruca/ ſarracenus. parrhiſij/
parrhiſiorum/barrus/varrus/varro &c.
¶ Sequũdo excipitur adiectiuum in rus/ra/rum/ſicut clarus clara clarum. ra
rus rara rarũ. charus chara charum. ¶ Tertio excipiuntur viginti nouẽ di-
ctiones in textu. ¶ Lariſſa: vrbs vna eſt laconie. Altera theſſalie. vtroq; autẽ Lariſſa.
modo per/ſſ/geminatum ſcribi põt. Statius lib. ij. thebaid. Poſthabita eſt la-
riſſa iugis hic more parentum. ¶ Pareo pares. obedio. Hora. in epi. Ira furor Pareo.
breuis eſt animũ rege qui niſi paret &c. ¶ Naris meatus naſi. Perſi. ſaty. j. Naris.
Raudiculum quidã balba de nare loquutus. ¶ Arunci: italie populi. Verg. Arunci.
æneid. vij. Arunci miſere patres ſidicinaq; iuxta. ¶ Arunca. corum. vrbs dal- Arunca.
macie. Lucil. v. Prepetibus plantis viuax arunca petiuit. ¶ Aruncus: villus ẽ Aruncus.
qui a mento capre dependet. Lucretius. ix. Aruncos ſatyri capris vulſere pro-
caces. ¶ Car caris: populus aſſyrie. Marti. in primo epygramma. Laudibus Car.
immodicis cares in aſtra ferant. ¶ Caria: regio minoris aſye inter Lyciam Caria.
& Ioniam. Serenus. Barbara quid ſubiti producit caria moris. ¶ Baris hui9 Baris.
baris vel baridos: ſpecies nauicule. Propertius lib. iij. Baridos & contis roſtra
liburna ſequi. ¶ Larinates populi aphrice. Sil. v. Hinc larinates magno certa Larinates.
mine currunt. ¶ Carax caracis: genus piſcis. Lucretius. xj. Pinguia r. c n vi- Carax
uis rimatur viſcera carax. ¶ Varix varicis. vena quę nimium intumeſcit. Pri- Varix
ſcianus in car. Luctificũ crebro maculatur varice corpus. ¶ Carex caricis ſpe Carex.
cies canne vel arundinis. Papinius in ſyluis. Cui caput infelix: & carice merſit
& alga. ¶ Areo ares ſiccor ſiccaris. Verg. in bucco. Aret ager vitio moriens Areo
ſitit aeris herba. ¶ Carabus: ſpecies piſcis. Mar. in xenijs. Raudicus aſſiduam Carabus.
dabit vrbs carabus in eſcam. ¶ Narix naricis: vrbs locrorũ patria aiacis. pro Narix.
eadẽ dicitur naricia naricium & narice narices. Verg. iij. æneid. Hic & naricij
poſuerunt mœnia locri. ¶ Glarea ſicca & ſterilis terra. Luca. lib. iiij. Aut im- Glarea.
pulſa leui turbatur glarea vena. ¶ Hic maris: fluuius eſt qui in iſtrum labit. Maris.
Sillius. vij. Inde ruens thurin & buten & marin & arſen. ¶ Larius lacus ita- Larius.
lie prope Cremonã. Vergi. ij. geor. An ne lacus tantos telari maxime teq;.
¶ Claris gallie fluuius. Sidonius in panegyrico. Clitis claris arar & quorum Claris.
nomina ceſſant. ¶ Varus ſubſtantiuum fluuius italie. Sed varus adiectiuum Varus.
eſt curuus curua curuum. Perſius ſatyra. iiij. Curua ſubit vel cum fallit pede
regula varo. ¶ Carica: ficus ſicca. Ouidi. j. faſti. Quid vult palma ſibi rugoſa Carica.
q; carica dixi. ¶ Naret ſine declinatu: fluuius eſt vmbrie. Manth. de alphon. Naret.
Hæc tua tam mollis percurrit mœnia naret. ¶ Narea lacus ibidem. Proper- Narea.
tius. Frigida candentes humectat narea furas. ¶ Pharis oppidum theſſalie. Pharis.
Ouid. de triſtibus. Et paruo quondam patria pharis erat. ¶ Barium italie op- Barium.
pidum in textu autem barum/appocope legis ſicut apud Horatiũ ſatyra. v. Ba-
ri mœnia piſcoſi dehinc gnatia lymphis. ¶ Quare interrogandi aduerbiũ. Mã Quare.
thu. de contẽpnenda mor. Quare ita degenerasti ames mortalia tũ. ¶ Area Area.
locus ſiccus & planus in quo trituratur. Verg. j. geor. Area tum primũ ingẽti

eſt equãda cylindro. ¶ Parus auis. Ouid. in epiſto. En meus elato gutture parus hiat.

## Differentia.

## Corripe muſa charis: ſed produc belua caris.

Charis. Caris. ¶ Charis charitis eſt gratia vel muſa & priorem corripit. Ouid. v. faſtorum. Protinus accedunt charites nectuntq; coronas. Hinc eſt charus chara charũ priore ꝓducta. i. gratioſus & dilectus. Sed caris caridis. magnꝰ piſcis ſiue marina belua aut regio. Ouidius vltimo triſt. Plurima ceruleum penetrabat nerea caris. Hinc carus cara carum quod multo cõſtat. ¶ Dic ergo puer. Quos retinet caris non fouet vlla charis.

## Differentia.

## Longant ara ſacri vates: breuiant hara porci.

Ara. Hara. ¶ Ara celebrãdis ſacris altarium priorẽ producit. Ver. in bucco. Nãq; erit ille mihi ſemper deus illius arã &c. Sed hara ſtabulum porcorũ vel ouiũ eãdẽ corripit. Ouid. in epi. Tertius immũde cura fidelis hare. ¶ Dic ergo puer. Aſte repurgat harã ꝙ mater pergat ad aram.

## Differentia.

## Arene eſt primi numeri: pluralis harene.

Arene. Harene. ¶ Hec arene arenes. oppidũ ætholie ſingularis tantum nũeri primã producit Val. flaccus. iiij. Quẽ tulit arene poſſit qui rũpere terras. Sed harene/ narũ/ ſine ſingulari ſignificationis eſt ſatis note. & primã corripit. Hora. tñ epiſtola pria ſingulariter ait. Ne populũ extrema toties exoret harena. ¶ Dic ergo puer. Qua iacet arene multũ denſantur harene.

## Differentia.

## Inſula curto pharus: longo pro tegmine pharus.

Pharus. Pharus. ¶ Pharus vel pharos. inſula ægypti primã breuiat. Luca. li. viij. Crimie bellorũ maculas pharon. aruaq; noſtra. Sed pharus vel pharos. lõga veſtis facer dotalis. eãdẽ lõgat. Priſci. in hexa. Nõ pharꝰ deerit niſi ſors patrimonia deſint ¶ Dic ergo puer. Multos clara pharus nutrit: quibus eſt cute pharus.

## Differentia.

## De pario quod habes breuia: de pareo longa.

¶ Pario & pareo q̄titate & ſignificato differunt: voce tamē multis in locis cō- Pario.
ueniunt que diligēs preceptor pueris facile oſtendet vt in imperatiuo pare in
optatiuo & ſubiunctiuo parerem in infinitiuo parere. Sta. in theba. Nec iuſſis
aliquando tuis parere negaui. Iuuenal. ſaty. iiij. Qꝫ nequeūt parere & partu re-
tinere maritos. ¶ Dic ergo puer. Gnata mihi pare: puerū pare: de pare lecto. Pareo.
primum pare/eſt a pareo, ſecūdū a pario. & tertiū a noīe par paris.

### A: ſuper: s: in diſſyllabis.

A: ſuper: ſ: longant tibi bina: thaſoſqꝫ baſiſqꝫ. A/ante/ſ.

Et caſa ſiue caſos praſis atqꝫ praſon quaſi demes.

¶ Diſſyllaba producunt/a/ante/ſ/vt phaſis/naſus/thraſo. ſed ſeptem in textu
priorem corripiūt. ¶ Thaſos: inſula vna cycladum. Papi. v. theba. Et paphos Thaſos.
& nemoroſa thaſos ſi forte recurrat. ¶ Baſis fundamentū & cuiuſcūqꝫ rei ſub- Baſis.
ſtentaculū. Ouid. v. faſtorū. Mox cadit infirma ſtructa coluna baſi. ¶ Caſa pa- Caſa
ſtoralis domūcula. Verg. in bucco. Atqꝫ humiles habitare caſas & figere cer-
uos. ¶ Hec caſos huius caſi inſula paſlagonie. Cornelius de vita alexandri. Caſos.
Hinc extrema caſos ſtat inexpugnabile robur. ¶ Praſis gēma viridis. Māth. Praſis
de alphon. Multa quippe praſi lactentia colla vireſcunt. ¶ Praſon praſontis gre- Praſon.
cum nomē: latine porrū, dicitur hinc eſt praſinus praſina praſinum. i. viridis in-
ſtar porri. Mar. li. x. De noſtra praſina ſyntheſis empta toga. ¶ Quaſi aduer- Quaſi.
biū ſatis notū. Perſius ſaty. v. Cras hoc fiet idē cras fiet quid quaſi magnū.

### In poliſyllabis.

Que poliſyllaba ſunt breuia: ſed baſia deme.

Caſeus & laſerpitiū & que paſa miniſtrat

¶ A/ante/ſ/in poliſyllabis corripitur vt aſinus/caſia/praſium. ſed tres dictio-
nes in textu & cōpoſita a paſa. i. oīa ſicut paſiphae, paſiphilus paſithea &c. pri-
mam longant. ¶ Baſiū laſciuū oſculū. Ouid. de arte. Baſia ſi dederis. baſia le- Baſium.
tus habe. ¶ Caſeus. Lacteus cibus ſatis notus. Verg. in bucco. Pinguis & in- Caſeus.
grate premeretur caſeus vrbi. ¶ Laſerpitiū herboſum virgultū vario medica- Laſerpitiū
mini aptū: quod in ſola regiōe ſyrenaica naſcitur. Corne. de vita alexādri. Hic
laſerpitiū ſpecies inuiſa colubro. ¶ Paſa (vt dixi) eſt omnia hinc paſiphe id eſt Paſa.
tota vel omnis ardens amore. Vergilius in bucco. Paſiphen niuei ſolatur mo-
re iuuenci.

## Differentia.

**Aſia pro ſtagno longa: pro climate curta.**

¶ Qđ q̄ ſeruio de nomine aſia pleriq; aduerſantur: ip; tamē in hoc cenſeo imi
Aſia. tandum ꝙ aſia palus | ſiue | ſtagnū myſię. primā producit. Verg. vij. æneid. Dāt
per colla modos ſonat amnis & aſia longe: ſed aſia regio q̄ pars mūdi tertia de
ſcribitur eādem corripit. Verg. j. æneid. Europa atq; aſia pulſus nec plura que
Aſia. rentem. ¶ Dic ergo puer. In media eſt aſia quę perſonat aſia cygnis.

## A/ante/t/in primis.

A/ante.t. **Ponis/a/t/curtum: modo propria duplacq; ſignes.**

**Ater/catholicus/atella/atinaq;/fatum.**

**Natio: ſaturnus: natura: & gnatia: vates.**

**Vatineſſa: & lathona: & laternaq; ſthlata.**

**Verſibus edendis vates producere debent.**

**M: vel: r: ad mutam ſuper: a: producere debes.**

**Inde mathematicus matho ſiue matella matinus.**

**Et cratos atq; ſtratos matieni demere debes.**

¶ A/ante/t/in primis corripitur: vt ratus/quater ſtatus. &c. ¶ Excipiūtur.
primo propria ſicut catullus plato ſtatyris &c. Et quę cōſonante dupla ſcribun
tur ſicut quattuor attagen blatta &c. Quę recte notari debent. vt ſuis regulis
generalibus referantur. ¶ Secundo excipiuntur. Quatuordecem dictiones
Ater. in textu. ¶ Ater/tra/trum/eſt niger/nigra/nigru;. Catullus in epy. Nec ſcire
Catholicus vtrum ſis albus. an ater homo. ¶ Catholicus/catholica/catholicum/adie-
ctiuum græcum: latine vniuerſalis dicitur. cuius prima producta eſt. Li-
cet catha in omni cōpoſitione alia corripiatur. Sidonius lib. vlt. Catholice fi-
Atella. dei iam nunc prætoria ſurgunt. ¶ Atella campaniæ oppidum. Sil. lib. x. Iāq;
Atina. atella ſuos iamq; & galogræcia adegit. ¶ Atina etiam campaniæ oppidum.
Fatum. Verg. Aeneid. ſeptimo. Tela nouant atina potens tyburq; ſuperbum. ¶ Fa-
tum/mors/conſtellatio/& deorum ordinatio. Vergil. primo. Aeneid. Italiam

ſato profugus latinaq; venit. ¶ Natio/onis/eſt natiuitatis regio. Lucretius Natio.
libro.iiij. Arguit infamem vitiorum natio gentem. ¶ Saturnus deus qui= Saturnus.
dam & planeta. Perſi ſatyra.quinta. Saturnumq; grauem noſtro ioue frangi
mus vna. ¶ Natura rerum omnium parens. ¶ Sedul. lib. iij. Quod natura Natura.
dedit tollere nemo poteſt. ¶ Gnatia oppidum italiæ. Horatius ſatyra.quinta. Gnatia.
Barimenia piſcoſi dehinc gnatia lymphis. ¶ Vates poeta/deus vel propheta. Vates.
Ouid. de remed. Parce tuum vatem ſceleris dampnare cupido. ¶ Vatineſſa Vatineſſa.
oppidum aſſyrię. Lucilius libro tertio. Vatineſſa potens paribus concurrere
telis. ¶ Latona mater apollinis & diane. Vergilius.primo Aeneidos. Latone Latona.
tacitum pertentant gaudia pectus. ¶ Laterna illud eſt in quo candela latet. Laterna.
Mart. i apo. Dux laterna vię clauſis feror aurea flammis. ¶ Sthlata latum na Sthlata.
uigium: hinc ſthlatarius/ria/rium/eſt latus/lata/latum. Iuuenalis. ſaty. vij.
Spondet em̄ tyrio ſthlataria purpura filo. ¶ Tertio. Excipiūtur dictiōes habē
tes/m/vel/r/cum muta ante/a/vt mater materia/maturo/frater/ſtratum præ
tum &c. ¶ Hinc rurſus demuntur ſeptem dictiones in textu. ¶ Mathemati Mathemati
cus rerum futurarum diuinator. Ouid. metha.iiij. Nota mathematicis gene cus.
ſis tua fertur haberi. ¶ Matho obelus & rudis. Iuuenal. ij. ſaty. Quum con= Matho.
tra veniat tumidi lectica mathonis. ¶ Matella vas vrinarium. Marti. lib. x. Matella.
Diſperiam ſi tu pyladi præſtare matellam. ¶ Matinus mons boetię. Lucanus Matinus.
libro.ix. Vulturis & calidi lucent buceta matini. ¶ Cratos græca dictio lati= Cratos.
ne robur dicitur. ¶ Stratos vero exercitus: ſed in compoſitione fere ſemꝑ ha Sratos.
bentur. vt cratinus/craterus/ſtratocles/ſtratophilus &c. Perſius ſaty. prima.
Iliade audaci quicumq; afflate cratino. Statius in thebaid. vij. Magnanimum
ſtratoclen non eſt in prelia mitti. ¶ Matieni populi ſunt inter aſſyriā & æthyo Matieni.
piam. Priſci. in perihegeſi. Viribus aduerſis matienos currere cernes.

## Documentum.

## Blatero cum platea verſu mutare licebit.

¶ Due dictiones in textu primam habent cōmunem. ¶ Blatero blateras p= Blatero.
prium eſt arietis & veſpertilionis & pro ſtulte loqui ſumitur. Horati. ſaty. iiij.
Audit cū magno blateras ſermōe faciliq;. Ouid. de philo. Blaterat hinc aries
& pia balat ouis: ſed quando ꝓducitur per/ct/ſcribi debere arbitror. Idem au Platea.
tem de blatio blatis blatiui/blatire/blatitum eſt cenſendum. ¶ Platea quiuis
latus & ſpatioſus locus. Ouid. in faſtis. Veſtrum hoc flagitium multa platea
notat. Statius in ſyluis Poſt epulas letus plateis gaudet apertis.

## Differentia.

## Flumen curto crathis: ſed lōgo femina cratis.

¶ Crathis cum/th/aſpirato fluuius eſt achiuorum & priorē corripit. Ouid. Crathis.

Cratis. quarto de ponto. Huc lycus: huc ſagaris peneus hipaniſq; crathiſq;. Sed cratis ſine aſpiratione fuit mater ſcyllæ & eandem producit. Ouid. de triſt. Crinibus ambuſto vertice cratis erat. ¶ Dic ergo puer. Pocula ſæpe crathis deſumpſit numine cratis.

## Differentia.

Duco/atys/cybelis: ſed atys breuio reliquorum.

Atys. Atys. ¶ Atys famulus cybelis vel ebrietas priorem longat. Perſius ſaty. j. Claudere ſic didicit verſum berecynthius atys. Sed pro quocunq; alio puero eādem breuiat. Valeri. Flaccus. lib. vij. Noſter atys liquida iandudum diſperit vnda. ¶ Dic ergo puer. Sepe petiuit atys quod habebat prodigus atys.

## Differentia.

Fixum curto latus: ſed duco mobile latus:

Latus. Latus. ¶ Hoc latus lateris ſubſtantiuum priorem corripit. Verg. in bucco. Ille latus niueum molli fultus hyacintho: ſed latus/lata/latum / adiectiuū ſiue nomen ſiue participium eandem producit. Bap. Manth. contra. impu. Sulphuream lato gutture potat aquā. ¶ Dic ergo puer. Mucro tibi lat⁹ rūpat. vtrūq; lat⁹.

## Differentia.

Quale notans ſtatim longo: pro tempore curto.

Statim. Statim. ¶ Statim qualitatis aduerbium: eſt conſtanter ac perſeueranter priorem habet longa; Feſtus in arato. Tunc ſucciſa ceres ſtatim cum mergite culmi. ſed ſtatim aduerbium temporis eſt protinus illico & eandem habet breue;. Luc. libro. vij. Ad caput i[llegible] ſtatim porrecta fauce recurret. ¶ Dic ergo puer. Non graditur ſtatim: quod ſit in orbe ſtatim.

A/ante/v/in primis:

A ante u. A/ſuper/v/breuies: tamen/l/ſi conſona præſit.

Aut a compoſitum: gauiſus: nauita: dauus.

Mauis: & mauult: nauis: cum nauigo: mauors.

Et gnauus: nauo: cum paua: pauoq; pauus.

Rauila: & rauus: ſauo: vel ſuauia: prauo.

Et ſuauiari: ſuauis: producere debes.

¶ A ſuper/v/in primis corripitur/vt/auis/auus/auia/ ¶ Excipiūtur. Primo
dictiones habentes conſonātem ante/l/ſuper/a/ſicut blaua/ claua/clauus/fla
uco &c. Et quæ componuntur ex prepoſitione/a/ſicut auerto/auius/auia/auiū
auio/auias. &c. ¶ Sequundo excipiuntur viginti dictiones in textu. ¶ Ga- Gauiſus.
uiſus letus a gaudeo. Propertius. Non tam dardanio gauiſus atrida triūpho.
¶ Nauita nauis director. Vergili. ſexto. Aeneidi. ¶ Nauita ſed triſtis nunc Nauita.
hos nunc accipit illos. ¶ Dauus ſubtilis & cautus ſeruus. Perſius ſatyra. v. Dauus.
Daue cito hoc credas iubeo finire dolores. ¶ Mauis ſequunda perſona a ma Mauis.
lo/& mauult tertia. Perſius ſaty. vlt. Protegit vt mauis da verba & decipe ner Mauult.
uos. Idem ſatyra. quinta. Hic ſatur irriguo mauult turgeſcere ſopno. ¶ Na- Nauis
uis ſignificantię eſt ſatis note. Vergilius primo Aeneidos. Nauim in conſpe-
ctu nullam treis littore ceruos. ¶ Nauigo naui aquas tranſeo. Vergi. primo. Nauigo.
Aeneid. Gens inimica mihi tyrrhenum nauigat equor. ¶ Mauors eſt mars Mauors.
bellorum deus vel ipſum bellum. Vergilius. vj. Aeneid. Qui tos ille virum ma
gnam mauortis ad vrbem. ¶ Gnauus/gnaua/gnauum/ſubtilis/& ingenio- Gnauus.
ſus. Ouidi. in. j. de ponto. Det mihi formoſa gnaua iuuenca manu. ¶ Nauo/ Nauo.
nauas ſubtiliter ago. Ouid. de triſtibus. Grandibus obſequijs operam naua-
re licebat. ¶ Hæc paua hic pauus/hic & hæc pauo/auis ſatis nota. Auſonius Paua.
in epy. Pauaq; de pauo conſtitit ante oculos. Ideq; ad paulinum Vincit centu; Pauo.
oculos regia pauo tuos. Perſius ſaty. viti. Meonides quintus pauone ex py- Pauus.
thagoreo. ¶ Rauila rauos/habes oculos. eſt autem rauus/raua/rauum/ſub Rauila.
niger/ſubnigra/ſubnigrum. Propertius Raua peregrinis conſtitit ipſa locis. Rauus.
¶ Sauo ſauonis fluuius armeniæ. Co ne. de vita Alexandri. Exundante pro- Sauo.
cul virides ſauona per agros. ¶ Suauiū m libidinoſa voluptas. Ouidi. de arte. Suauium.
Grata gemiſcēti domine fac ſuauia libus. ¶ Prauo prauas eſt fraudo/das/& Prauo.
malignor malignaris hinc prauus praua prauū. Hora. de arte. Nō magis eſſe Suauior.
velim ꝙ prauo viuere naſo. ¶ Suauior ſuauiaris eſt adulor. Suauis/blandus Suauis.
& dulcis. In his autem prima ſyllaba ſi diuidatur (vt rite poteſt) breuiatur. ſe
quunda vero producitur velut inter generales regulas oſtendimus.

Documentum.

Lauinum vates: ſicut lauinia mutant.

¶ Lauinū vel lauinium oppidum italiæ. & lauinia gnāle nomē oim principū Lauinum.
mulicbriū eius vrbis: primāq; hꝫ ancipitē. Verg. j. enei. Italiam fato pfugus Lauina.

la[…]naq; venit. Idem. Fata tibi cernes vrbē & pmiſſa lauini. Ver. xij. æneid. Il[…]o queratur cōiux launia cāpo. Ouidi. iij. faſt. Hanc tibi cur tradā pia cauſa la[…]uinia coniux.

### A ante b: in medijs.

A/ante/ b/ in medijs.

Corripiemus: a: b: medijs: ſed longa repones.
In bilis: atq; bulum: abrū: bundus: atabulus addes.
Inſtabilis breuians: producis amabo barabbas.

¶ A/ante/ b/ in medijs corripitur vt canabis/ barnabus/ ſterabum &c. Producuntur autem primo adiectiua in bilis ſicut amabilis/ venerabilis/ mirabilis preterq̄ inſtabilis. ¶ Sequundo ſubſtantiua in bulum ſicut venabulū/ cunabulum/ hortabulum &c. ¶ Tertio ſubſtantiua in abrum ſicut candelabrum/ volutabrum/ velabrum &c. ¶ Quarto adiectiua in bundus ſicut letabundus/ errabundus/ vagabundus &c. quibus iungitur atabulus ventus appulie peculiaris. Hora. ſaty. v. Oſtentare mihi quos torret atabulus & quos. ¶ Due autem dictiones que ſequūtur ad rem fere nihil pertinent niſi ſtudioſos imperitorum errore decipi vererer. Dicunt em̄ amabo (quando eſt interiectio) corripi quod falſum eſt/ quia ſiue verbum ſiue interiectio ſit ſemp longatur. Sil. libro nono. Si bene conſtiteris ego te conſtanter amabo. Quos dudū mihi iactaras/ huc trāffer amabo. Alij vero lōge minus excuſandi corripiūt barabbas quū poſitione pducatur. Eſt em̄ cōpoſitum a nomine bar. i. filius & abba. i. pater. Recte ergo Sedulius. lib. tertio. Tunc coluere baal nūc elegere barabbam.

### A ante c: in medijs.

A/ ante/ c.

Curtum profer: a: c: culus: aceus: acius: acus.
Iracundus: benacus: cochlaca: cloaca:
Anchaces: lunaca: meracus: opaco: valaci:
Paſtinaca: hippaco: portulaca: phanaces:
Sarracum: cum ſarraca: piſtacia: pheax:
Sampſacum: ſelachia: ſiue ſalacia produc.

¶ A ſante/c/in medijs breuiatur vt tribrachus ſcylaceum dirrachium. &c.
¶ Excipiuntur. Primo nomina in aculus/acula/aculū ſiue adiectiua ſiue ſub=
ſtatiua ſint vt vernaculus/cula/culū/bibacul⁹/nouacula/miraculū &c. ¶ Se=
quundo adiectiua in/aceus/acea/aceū: vt herbaceus/roſaceus/toſſaceus: & ſi=
milis forme ſubſtantiua: ſicut hic muſtaceus vel hoc muſtaceū & hæc vina=
cea vinaceorū. &c. ¶ Tertio adiectiua ī acius/acia/aciū: vt galinacius/ordea
cius calcacius &c. ¶ Quarto nomina in acus/aca/acum / vt parrhiſiacus/ca=
meracū tornacum &c. ¶ Quinto excipiuntur viginti dictiones q̄ in textu ha — Iracundus.
bentur. ¶ Iracundus ire/odijq; tenax. Horatius de arte. Impiger iracundus — Benacus.
inexcorabilis acer. ¶ Benacus fluuius Italiæ. Vergil. ij. Georg. Fluctibus & — Cochlaca.
fremitu aſſurgens benace marino. ¶ Cochlaca rotundus eſt lapillus cochlee
ſimilitudinē habēs. Lucil. iiij. Plurima flumineis latitat cochlaca/ſub vndis. — Cloaca.
¶ Cloaca ſordium foſſa. Ouid. triſt. iiij. Aera funeſtum ſpurca cloaca vomit. — Anchaces.
¶ Anchaces nomen populi. Valerius Flac. lib. vj. Doctus & anchaces patu= — Lunaca.
lo vaga vincula gyro. ¶ Lunaca regio gallię. Cornel. de vita Alex. Hinc late — Meracus.
pperat neruis lunaca ſuperbis. ¶ Meracus/meraca/meracum/eſt merus ſiue — Opaco.
purus. Perſi. ſaty. iiij. Deſinis ātyciras melior ſorbere meracas. ¶ Opaco opa
cas obſcuro/obſcuras: hinc opacus/obſcurus. Verg. Georg. ij. Nunc altæ frō — Valaci.
des & rami matris opacant. ¶ Valaci populi apud ſcotiam. Manth. de exhor. — Paſtinaca.
Hinc etiam fortes ruerent in bella valaci. ¶ Paſtinaca nunc herbam: nūc picē
nunc trigonē ſiue turturē/piſcem ſignificat. Macer. de virtu. her. Et paſtinace — Hippaco.
virtus in ſemine tantum. ¶ Hippaco/cas/celeriter duco. Lucre. lib. iij. Hippa — Portulaca.
care/ſoles medio: nunc linquis in aruo. ¶ Portulaca herbę genus. Macer. An — Phanaces.
drachnes gręce quę portulaca latinę. ¶ Phanaces dei nomen. Auſonius ī epi. — Sarracum.
Irrita neglecti iura phanacis habet. ¶ Sarracum vehiculū. Iuuenal. ſaty. iij.
Frigida circunagunt pigri ſarraca boote. ¶ Sarraca oppidum mediæ: & item — Piſtacium.
alterum arabiæ. Ennius Miſſilibus pilis ſarraca ſubacta fuiſſet. ¶ Piſtaciū ſpe — Pheacia.
cies nucis. Palladius. Quinq; & amigdaleos ſubeūt piſtacia ramos. ¶ Phea
cia regio cuius populus pheax aut pheacus dicit̃. Propertius. Nec mea phea= — Sampſacū.
cas equant pomaria ſyluas. ¶ Sampſacum ſpecies herbe viroſe. Auſonius in — Selachia.
Epi. Heu quid ages tibi ſampſacum nō dulce peredi. ¶ Selachia genus piſcis. — Salacia.
Macer. de virtu. her. purificat ſtomachū ſelachia purgat & aluum. ¶ Salacia
dea petulātiæ Sil. xj. Fautricē teneat rogitata ſalacia dextram.

## Documentum.

## Pone ſyracuſas veluti tua carmina poſcunt.

¶ Syracuſę ſyracuſarū oppidū eſt ſicilię: & ſequundā habet cōmunem. Sil.
lib. xiiij. Ipſa ſyracuſę patulos vrbs inclyta muros. Auſonius in epy. Quis ca=
tinam ſileat vel quadruplices ſyracuſas. Eius autē nominis deriuata quoties
tertiam habēt correptam per/o/ſcribi debent: ſed vbi habent productā per/u/
ſicut primitiuum vt ſyracoſius ſyracoſanus: vel ſyracuſius ſyracuſanus. Regu=
la nāq; eſt, Oy dipthongus ſemper vertitur in/u/longū & correptionis gratia

aliquando in omicron vt vrion/vel orion/pulypus vel polypus culeus/vel coleus &c. Itaq; apud vergilium deprauate legitur. Prima ſyracuſio dignata eſt ludere verſu pro ſyracoſio: ſicut apud. Sil. libro. xiiij. Inde ſyracoſias caſtris circundedit arces.

## A/ante/d/in medijs.

A/ante.d. Nos breuiamus/a/d/ſed iader/abadir/& adus.

Produc: adiungens ageladas atq; cicada.

¶ A/ante/d/in medijs corripitur: vt troiades/naiades/driades &c. ¶ Excipitur primo nomen i adus: ſicut feradus/encheladus/eroſtradus &c. ¶ Sequūdo excipiuntur quattuor dictiōes in textu. ¶ Iader fluuius qui i mare adriaticum labitur. Lucanus lib. iiij. Et tepidū in molles zephiros excurrit iader. ¶ Abadir lapis ille quē ſaturnus loco filij deuoraſſe fingitur. Pleriq; tamē duplo/dd/ſcribunt. Auſonius in epi. Nō tantū querulo ſaturno ceſſit abadir. ¶ Ageladas agelade egregiꝰ ſculptor fuit laconię & ꝑ quouis eximio ſculptore ſumi pōt Colu. li. xj. Nec polycletea vel fragmonis aut agelade &c. ¶ Cicada beſtiola ſatis nota Verg. i Buco. Sole ſub ardēti reſonāt arbuſta cicadis.

Iader. Abadir. Ageladas. Cicada.

## A ante/f/in medijs.

A. ante/f. A ſuper/f curta: ſed deme carafa venafrum.

¶ A ante/f/in medijs corripitur vt theafus/adafia/antiafum. &c. Quę tñ & reliqua eiuſmodi oia per. ph. rectius forte ſcribuntur: ſed duo in textu ꝑducta ſemper audio. ¶ Carafa fluuius & rex hybernię. Manth. de gon. Non tantū tumida ceruice carafa ſuperbit. ¶ Venafrū oppidū campanię in cuius campis optimū quondam fiebat oleū quod venafranū appellabatur. Marti. in xenijs. hoc tibi campani ſudauit baccha venafri quod ſi curioſius quiſpiam contēderit nullum a ante f in medijs eſſe cenſebit: nec impediam.

Carafa. Venafrum.

## A/ante/g/in medijs

A/ante/g. A/g/duc/agoras/agoges/ager/allaga vel gus.

Alterius flexus/lalage/vel paphago curtans.

Thyrſagetes/acragas/atagen vel naufragus iſtis.

Maſſagete/cum carthilago:vel pantagia:addes.

¶ A/ante/g/in mediis producitur vt harpago cōtagiū virago. &c. Excipiūtur
¶ Primo compoſita a greco nomine/agora/quod forū ſignificat. vt Pythago
ras Anaxagoras/Hermagoras/Anthenagoras &c. ¶ Sequūdo ꝯpoſita/a/no
mine græco/agogę.i.ductio vt pedagogus/iſagogę/ſynagoga. In hoc tn̄ non
omnes mecum ſentiunt. ¶ Tertio cōpoſita a græco nomine ager.i. ſylua/vel
ſaltus/vt onager meleager/tanager &c. Quę tn̄ & in grus rite exeūt onagrus
meleagrꝰ tanagrus &c. ¶ Quarto cōpoſita a dictiōe gręca/allagę.i.mutatio
ſicut hypallage ſtratallage nichitallage &c. ¶ Qūito noīa ſequūdę declinatio
nis terminata ī gus/ſicut lucagus/pāphagꝰ vertagus &c. ¶ Sexto. Excipiūt
nouē dictiōes q̄ ī textu habent. ¶ Lalage nomē nymphę. Mart. li. ij. Deſine Lalage.
iam lalage triſtes ornare capillos. ¶ Paphago/populus Macedonie. Priſci. in Paphago.
perihegeſi. Paphagones poſt hos mariā diuiq; ſequūtur. ¶ Thyrſagetes po Thyrſage-
pulus ſcythię ab agitādis thyrſis ad honorē bacchi ſic dictus. vale. flac. li. iiij. tes.
Thyrſagetem cūctūq; vagis poſt terga ſilebo. ¶ Acragas mōs & oppidū vbi Acragas.
michael viſitur. Verg. iij. æneid. Arduus inde acragas oſtendit maxima lōge.
¶ Atagen nomē delicatę auis. Lucre. li. vij. Et pinguis nobis atagen ſuplere Atagen.
verutū. ¶ Naufragus cui nauis tēpeſtate fracta ē. Perſi. ſaty. j. Men moueat Naufragus
quippe & ſi cantet naufragus aſſe &c. ¶ Maſſageta:vel maſſagetes huius/te.
populus ſcythię/maximę crudus & ferox. Sil. li. iij. Nec qui maſſagetem mō Maſſageta.
ſtrans feritate parentē. ¶ Carthilago eſt concauitas circa aures Ennius. Iſtis Carthilago
carthilago cecidit auriſq; pependit. ¶ Pāthagia nomē fluuij. Claudia. in. ij. Panthagia
de raptu ꝓſerpine Panthagiam nomenq; gelam qui prębuit vrbi.

A:ante:l:in mediis.

A:ſuper:l:breuia:ſed produc:alis:&:ale. A/ante.l.

Sardanapalus:& omphale:focale:ſodalis:

Hinc aretalogus:& genealogus:atq; canalis.

Inde cephalene:ſtymphalus:ialiſus iſtis.

Et magalia:pharſalos ſandalia iunges.

¶ A/ante/l/In mediis corripitur vt tantalus italus coraliū &c. ¶ Excipiunt.
Primo nomina in alis & ale/ſiue adiectiua ſiue ſubſtātiua ſint: vt aqualis/gla
cialis/furialis/fundale thorale/mapale/&c. ¶ Sequūdo excipiunt tridecē di Sardanapa-
ctiōes i textu ¶ Sardanapalus vltimꝰ rex aſſyriorū voluptuoſiſſimꝰ oim quos lus.

vnq̄ mundus cognouit. ꝓpterea pro quouis laſciuo & crapuloſo rege aut prin
cipe per anthonomaſiam recte ſumitur. Iuue. ſaty. vj. Cuȝ venere/ & cœnis/ &
Omphale. plumis ſardanapali. ¶ Hęc omphale omphales amica fuit Herculis. Properti⁹
Focale. lib. iij. Omphale in tantum forme proceſſit honorem. ¶ Focale ſubſtantiuū
genus erat caputij a vertice vſqȝ ad fauces protenſi quo publice oraturi vtebā
Sodalis. tur. Marti. in apophoretis. Hoc focale tuas afferat auriculas. ¶ Sodalis ſoci⁹
preſertim in victu. Lucre. in epi. Nunq̄ inter fidos retegas narrata ſodales.
Aretalag⁹ ¶ Aretalagus proprie virtutis collaudator. Iuuena. ſaty. iiij. Mouerat vt mē
Genealog⁹ dax aretalagus in mare nemo. ¶ Genealogus qui hominū naturas ex conſtel
lationibus diffinit. Prudentius de natura rerū. Ni caligarent oculi genealog⁹
Canalis eſſes. ¶ Hic canalis conductus per quem aqua labitur. Verg. geor. iij. Currē
Cephalene tem & lignis potare canalibus vndam. ¶ Cephalene vel Cephalenia inſula Io
nij maris cuius populi cephaleni dicuntur. Sil. xv. Saxa cephalenum & ſcopu
Stympha- loſis neriton aruis. ¶ Stymphalus: archadie lacus. & ſtymphalum oppidum
lus. illi vicinum. Verg. de laboribus herculis. Stymphali pepulit volucres diſcri-
mine quinto. Caue hic ne legas cum indoctis ſtymphalidas. quia tam in pri-
mitiuo ꝙ in deriuato media ſemper producitur. ſicut apud Ouidium. ij. faſto
Ialyſus. rum. Teſtis erit pholoe: teſtes ſtymphalides vnde. ¶ Ialyſus oppidum in inſu
Magalia. la rhodo. Lucre. lib. vj. Iam ſibi rhomuleas formidat ialyſus alas. ¶ Maga-
lia paſtorales ſunt caſule. Verg. j. æneі. Miratur molem æneas magalia quon-
dam ſub quibus & mapalia comprehendes ſibi etem̄ propemodum conſpirāt
Pharſalos. Vergilius ænei. nono. Conſpicit & raris habitata mapalia tectis. ¶ Pharſa-
los oppidum theſſalie. Luca. lib. vj. Emathis equorei regnuȝ pharſalos achil
Sandalium lis. ¶ Sandalium ſolea calciamenti. Vergilius in obitu mecenatis. Argenta
ta tuos etiam ſandalia talos.

## Documentum.

### Aſcalon egregij vates vt propria mutant.

¶ Aſcalon oppidum aſſyrie mediam habet communem ſicut nomē propriū. Baptiſta manth. primo parthenices ma. Aſcalon hic & gaſa potēs araria quē dam. Auſo. in epi. Non vetus aſcalon tantum virtutis habebat.

## A: ante: m: in medijs.

A/aū/m. A: ſuper: m: curtans: duc amus & amen & entū:

Ex: tama: thymiama ſimul dictamus alama.

A/ſuper/m/ in medijs corripit. vt ſalamis/ thelamon/ pilumnus. ¶ Excipiunt
primo noia in/amus/ formata ex barbaris vt adamus ab/ adam/ abrahamus/

ab abraham.roboamus/a roboam &c. ¶ Sequũdo nomina in amẽ vt iuuamẽ/opitulamen/dictamẽ.&c. ¶ Tertio noĩa in amentum/ vt firmamentum ſuſtentamẽtum/nugamentũ &c. ¶ Quarto compoſita ex tama/ vt cõtamino nas.itamino nas.pretamino nas.&c. Eſt autẽ tama.ille ſanguis tumor qui ex nimie ambulationis dolore ad crura deſcẽdit. propterea cõtamino eſt maculo vel inficio.Marti.li.epy. Sic interpoſito vilis cõtaminat vnco. ¶ Quĩto excipiuntur tres dictiões in textu. ¶ Thymiama atis.vel atos.ſuauiſſim⁹ odor qui quondam in ſacrificijs ſolebat incendi. Sedu.de vete.teſt. Plurima iudei norunt thymiamata cultus. ¶ Dictamus vel dictamũ.herba eſt qua ſi ſaucia fera poteſt veſci continuo ſanatur.quia receptũ ferrũ membris expellit.Vergi. xij.æneĩ. Dictamũ genitrix cretea carpit ab ida. ¶ Alama:fluuius dalmacie Baptiſt.de alphon.Per medias rapidus currebat alama cohortes. Thymiama. Dictamus Alama.

## A:ante:n:in medijs.

A ſuper:n:breuia tamen anus:& anius:anis: A/ante/n.

Aneus & ſuper:a:vocalis rite moratur.

¶ A ante/n/in medijs corripitur vt balanus/coctanũ/galbanũ. ¶ Excipiuntur primo nomina que in anus/ana/anũ/ſiue ſubſtantiue ſiue adiectiue exeũt vt plebanus/ſyluanus/ruſticanus.&c.bonanus/nycanus/ garganus. &c. ¶ Sequũdo noĩa que terminantur in anius/ania/anium/ſiue adiectiua ſiue ſubſtantiua ſint vt luſitanius/aquitanius/nortmanius &c. Laletania/menania/lecania.&c. ¶ Tertio nomina que in anis/vel ane/terminantur vt immanis/immane.inanis/inane.feranis/ferane.&c. ¶ Quarto noĩa que in aneus finiuntur vt ſuffraganeus/extraneus/coetaneus.&c. ¶ Quinto noĩa que habent vocalem imediate ante/a/vt vergilianus/ciceronianus/arianus.&c.

## A:ante:p:in medijs:

A:p:corripies:meſapus:anapus:iapis: A/ante/p.

Cynnapes:& iapetides:iſapis:iapyx:

Cũq; ſinape:priape:neapolis:atq; boaphon.

Inde ſerapis:ſiue proſapia:ducere debes.

¶ A/ante/p/in medijs corripitur vt cathaplaſmus/ Catapulta/ Theapaſon. ¶ Excipiuntur tredecem dictiones in textu. ¶ Meſapus generale nomẽ prin Meſapus.

cipum appulie.vnde & ipſa meſapia nūcupatur.Vergi.vij.æneid. At meſapus
Anapis. equū domitor neptunia proles. ¶ Anapis vel anapus.fluuius ſicilie.Ouid.ij.
Iapis. de ponto.Quaqꝫ ſuis cyanē miſcet anapꝰ aquis. ¶ Iapis bene curās medicus
Cynapes Ver.xij.æneid.Iāqꝫ aderat phebo ante alios dilectus iapis. ¶ Cynapes fluuiꝰ
in textu autem geminamus/n/cauſa metri.Ouid.iiij.de pōto. Partheniuſqꝫ
Iapetides rapax & voluens ſaxa cynapes. ¶ Iapetides: liricinis nomē.Ouidi.v.metha.
Iſapis Tuquoqꝫ iapetide non hos adhibendus ad vſus. ¶ Iſapis: fluuius italie.& al
Iapyx ter ſicilie.Manth.de alphō.Non ſic equoreas iſapis currit in vndas. ¶ Iapyx
pygis.cum/y/greco in tertia ſyllaba fuit dedali filius a quo calabria iapygia
dicta eſt.Ouidi.v. tha.Th inoſqꝫ ſinus temeſeus qꝫ & iapygis arua. Sed
iapix cum/i/latino eſt ventus ex apulia ſpirans quē circiū vocant.a quo & apu
lia dicta eſt iapygia.Luca.lib.vj.Excipit auerſos zephyros & iapyga pindus.
Sinapis. ¶ Hæc ſinapis vel hoc ſinapi abſqꝫ declinatu ſemen eſt vnde fit condimentum
Priapus. ſatis notum.Columella lib.xj.Seqꝫ laceſſenti fletū factura ſinapis. ¶ Priapꝰ
hortorum deus qui ſub ſpecie virilis membri colebatur pro quo & ſepicule
apud authores ſumitur.Ver.in bucco.Sinū lactis & hæc tibi liba priape quo=
Neapolis. tannis. ¶ Neapolis noua vrbs interpretatur.Statius in ſyl.Nec ſolum feſtas
Boaphon. ſecreta neapolis aras. ¶ Boaphon vnus famulorum vulcani grauiter tonans
dici poteſt.Bapt.j.par.cath.Fulgureus bruntes & iniqua voce boaphon.
Serapis. ¶ Serapis: deus ægyptiorum quem oſirim dicunt.Mart.lib.ix.Vincebāt nec
Proſapia. que turba ſerapin amat. ¶ Proſapia progenies.Prudentius de Iude. Sangui=
nis eximij generoſa proſapia regnat.

## A:ante:q: in medijs.

A/ante/q. A:q:corripies quis ſextum aduerbia ducet.

¶ A/ante/q/in medijs corripitur vt aquil/ pleraqꝫ/vtraqꝫ/non ablatiuus quia in ablatiuo & aduerbijs compoſitum a quis producitur vt quātacunqꝫ/vtraqꝫ/vndiquaqꝫ/circūquaqꝫ/&c.

## A:ante:r:in medijs.

A/ante/r. A:ſuper:r:breuians:duc arius:aris:& are:

In de megarus:amarus:auarus:amaracus:iſtis

Et caluaria:dehinc baleares:atqꝫ caphareus:

Sic zodoara.palara:thiara:phalarica:iunges.

¶ A/ante/r/in medijs corripitur vt tenarus/tartarus/aſparagus.&c.Excipiū

tur primo nomina quæ in arius/aria/arium/exeunt ſiue ſubſtantiua ſiue adie-
ctiua fuerint. vt pinarius/tabernaria/panarium/ſic notarius/caprarius/argen
tarius. &c. ¶ Sequūdo nomina in aris. vt molaris/cubicularis/popularis. &c.
¶ Tertio nomina in are. vt altare/torculare/calcare. ¶ Quarto excipiūtur vn
decem dictiones in textu. ¶ Megarus: fluuius theſſalie. Priſcia. in periihegeſi. Megarus.
Deuoluens hypaniſq; trahit rapiduſq; megarus. ¶ Amarus amara amarū. Amarus.
non dulcis. Vergi. in bucco. Aut metuet dulces: aut experietur amaros.
¶ Auarus ra. rum. qui æs. i. pecuniam ſupramodum auet. i. cupit. Horat. in Auarus.
epiſt. Semper auarus eget: certum voto pete finem. ¶ Amaracus: herba & Amaracꝰ.
flos/odoris fragrantiſſimi. Colu. lib. xj. Sic vbi odoratas pretexit amaracus
vmbras. ¶ Caluaria eſt os capitis nudū & vacuum. Itaq; mons in quo redē- Caluaria.
ptor noſter crucifixus eſt caluaria dicebatur propter frequētiam quotidie illic
occiſorum. Prudentius de paſſione. Heu mortale tuū tangat caluaria pectus.
¶ Baleares populi ſunt hyſpanie apud quos primum/inuentus eſt fundarum Baleares.
vſus. Verg. j. geor. Stupea torquentem balearis verbere funde. ¶ Caphareus Caphareꝰ.
per/eu/dipthongum in vltima ſyllaba/mons eſt boetie verſus helleſpontum
apud quē græci ab euerſa troia redeuntes, grauiſſima paſſi ſunt/ob mortē pa-
lamedis quē iniuſte occiderant. Sta. nono theb. Crethea nymboſam quę ſepe
caphareos arcē. ¶ Zodoara: genus herbę. Macer. Permixta ſceloe membris
zodoara petatur. ¶ Palara: nomē auis. Ouidius de auibꝰ. Nunc inter vepres Zodoara. Palara.
dulce palara canit. ¶ Hęc thiara/vel hic thiaras re. genus mitre quo phryges Thiara.
ſolebant vti. Iuue. ſaty. iij. Cingitur & phrygia veſtitur bucca thiara. Verg. ſe
ptimo æneid. More daret populis ſceptrumq; ſacerq;/thiaras. ¶ Phalarica ge Phalarica.
nus machinæ quo olim in bellis vtebantur. Luca. lib. ſexto. Hunc aut tortili-
bus vibrata phalarica neruis.

## Documentum.

Inarime: angario: margarita: denariuſq;

Ponere rite potes: veluti tua metra requirunt.

¶ Quattuor dictiōes in textu/a/ante/r/in medijs variant. ¶ Inarime vel ina Inarime.
rima/inſula eſt in ſinu campano. habens motem ignitum ſub quo typheus gy
gas iacere dicitur. Vergi. vij. æneid. Inarime iouis imperijs impoſita typheo.
Lucre. iij. Exūdat late totis inarima cāpis. ¶ Angario angarias. cogo & cō Angario.
pello. Sedul. li. iij. Angariāt reges vbi nil data fœdera proſunt. Prudētius de
apoſtolis. Vocibus expreſſis angariat inde philippum. ¶ Margarita precioſa Margarita
eſt gemma quia neq; hic neq; alio quocunq; loco (de noīe ꝓprio loquor) niſi
in [illegible]m appellatiue ſumi recte pōt. Prudētius in pſycomachia. Margaritarū
in[illegible] opibuſq; & virībꝰ arce. Philelphꝰ in ſatyris. Occurret reduci leto marga
ri[illegible] vultu. ¶ Denariꝰ: moneta ſatis nota ꝓ qua & hoc denariū rectiꝰ forte di Denarius.
cis. Mart. i xenijs. Hac volo qua redimit tota denariꝰ alter. Ide Denariꝰ tū hāc
nō ema baſſe tribꝰ vbi ſyneresī nōnulli eē volūt. qua tū nihil opꝰ eē arbitror.

## A/ante/ſ/in medijs.

A. ante. ſ. A/ſuper/ſ/curta: parnaſus/amaſis/agaſo.

Et colocaſia/omaſum/occaſio/amaſius educ.

Parnaſus. ¶ A/ante/ſ/in medijs corripitur vt gymnaſiū paraſitū damaſus. ¶ Excipiū-tur ſeptem dictiones in textu. ¶ Parnaſus mons eſt boetię baccho & phœbo conſecratus. Ouidi. j. Metha. Nomine parnaſus: ſuperatq3 cacumine nubes. Amaſis. ¶ A maſis olim cōmune ægyptiorum regū. Luca. lib. ix. Non mihi pyrami-Agaſo. dum tumulis euulſus amaſis, ¶ A gaſo curator aſinoru3 vel equorū. Perſius Colocaſia. ſaty. vj. Vertigo facit hic dama eſt non treſſis agaſo. ¶ Colocaſia/caſia/vel colocaſiū genus floris & herbe. Verg. in bucco. Mixtaq3 ridēti colocaſia fundet achanto. ¶ Omaſum quoduis inteſtinum. Baptiſt. in bucco. Verum tā rudis Omaſum. es tā pleno inflatus omaſo. ¶ Occaſio fortuna vel cauſa. Catho/pro/pue/ Frō-Occaſio. te capillata poſt hæc occaſio calua eſt. ¶ Amaſius cōcubinarius amaſia cōcu-Amaſius. binaria. Philelphus in ſatyris/ Non venerem attrito ſectatur amaſius euo.

## A/ante/t/in medijs.

A. ante. t. A/t/corripies: hinc atius/aticus/ator.

Atim/atus/cum leucate/callatia/demes.

Et collatia/cerathus: pirata: palatus.

Cum fabrateria: egates: erymatho: elegato.

Atq3 croatia: ſiue tiphata: reate: nyphates.

His ſabbatia: vel palatia: ſiue grabatum.

Vaſateq3: theatus: & æ. tegeaticus: addes.

¶ A/ante/t/i medijs corripitur vt calathus/cyathus/grāmaticus/ &c. ¶ Exci-piuntur primo nomina in atius/atia/atium/vt farinatius/frumentatius vi-natium &c. ¶ Sequūdo nomina in aticus/atica/aticū. vt flegmaticus aqua-ticus/viaticum/ &c. ¶ Tertio nomina in ator/ quę ab alijs nominibus deſcen-dunt (quia de verbalibus ſatis patet inter cremēta) vt aleator/ſenator/vectiga-tor &c. ¶ Quarto aduerbia in atim: vt vicatim/ fruſtatim/ affati &c. ¶ Quin

to nomina/vel participia/in atus/ata/atum/vt tunicatus|tunicata|tunicatū/
habitu atus/ta/tum/prateratus/ta/tum &c. ¶ Sexto excipiuntur vna & vi= Leucate.
ginti dictiões quæ in textu habentur ¶ Hæc leucate leucates / vel hæc leuca=
ta leucate/nomē eſt montis. Verg. iij. æneid. Mox & leucate nymboſa cacumi
na montis. ¶ Callatia oppidum campaniç. Silius lib. viij. Condita nec paruis Callatia.
aberat callatia muris. ¶ Sed collatia oppidulū eſt italię. Ouidi. de triſt. Hinc Collatia.
collatinos obſedit milite colles. ¶ Cerathus crete fluuius. Verg. in priapeis. Cerathus.
Cerathi gelidas triſtis ſpatiatur ad vndas. ¶ Pirata marinus raptor ſiue pdo. Pirata
Luca. lib. ij. Omne fretum metuēs pelagi pirata reliquit. ¶ Hic palatus vel Palatus.
hoc palatum pars oris ſatis nota. Perſi. ſaty. j. Elicat & tenero ſupplantat ver=
ba palato. ¶ Fabrateria oppidū Italiæ Iuuena. ſaty. iij. Aut fabraterie domus Fabrateria.
aut fruſinone paratur. ¶ Egates inſule oceani. Sil. libro. j. Flore virens auet Egates.
egates abolere parentum. ¶ Erymathus fluuius græcie. Ouidi. ij. Meth. Et Erymath⁹.
celeriſtmenos cum phocayco/erymatho. ¶ Legatus nomen piſcis. Auſoni⁹ Elegatus.
ſin ep y. Ludebat nitidis velox elegatus in vndis. ¶ Croatia regio ad hyberniā Croatia.
Corne. de vita/alexā. Heu nimis elato ſibi rege craotia fidit. ¶ Tiphata torū/ Thiphata.
ſine ſingulari mons eſt prope capuaʒ in italia. Verg. de æthna. Cunctis delicijs Reate
leta tiphata tenes ¶ Hoc reate reatis oppidum eſt vmbrie in quo Veſpaſian⁹ Nyphates.
natus ſcribitur. Sta. in ſyluis. Non ita ſanguinea feritate reate peribit. ¶ Hic
nyphates / vel nyphata fluuius theſſalie. Lucretius. libro octauo. Eſt tibi Sabbatia.
pergelidus cum ſpergat membra nyphates pro eodem hypates & hypata/re= Palatium.
cte dicis. ¶ Sabbatia ſtagna ſunt prope romam. Silius li. viij. Quiqʒ tuo fla=
uina focos ſabbatia quiqʒ &c. ¶ Palatium regium eſt domicilium. Baptiſt. Grabatus.
Manth. de parth. mar. Et vaticani romana palatia ſaxi. ¶ Hic grabat⁹ vel hoc
grabatum/Lectica eſt/ſiue ſtrata/ſiue non ſtrata. Vergil. in moreto. Membra
leuat ſenſim vili demiſſa grabato. ¶ Vaſate fluuius & oppidum aſſyriç. Lu= Vaſate.
ca. lib. vij. Vaſates celerem legio currebat ad vndā. ¶ Theatus oppidū tuſco= Theatus.
rum. Bap. de Alph. Hæc tibi ſacra meo ſunt deriuata theato. ¶ Hæc theatæ/ Theatæ.
theates nomen nymphæ( quod per particulaʒ & æ/in textu intelligitur. Luci.
ſaty. v. Brachia porrexit longæ formoſa theatæ. ¶ Tegeaticus mercurius a te Tegeaticus
gea oppido archadiæ in quo colebatur. Lucretius. libro. vij. Venit fœlici gau=
dens tegeaticus aura.

## Documentum.

### Ates duc ſtrato atqȝ bates: crata: ſarmata: curtes:

¶ Nomina i ates ſiue ſingularis ſiue pluralis ſint numeri mediā lōgāt vt acha
tes/nyphates/teuthates/&c. Itē penates/optimates/primates. ¶ Excipiūtur
Primo q̄/a/ſtratos. i. exercitus cōponunt vt calyſtrates|ſereſtrates/ pariſtra=
tes &c. ¶ Sequundo q̄ a/bates. i. ambulans deducūtur vt ſchœnobates/heu
rybates/ichnibates &c. ¶ Tertio q̄ ex cratos. i. robur cōflantur. Vt iocrates/
hippocrates / xenocrates &c. quibus additur: ſarmates vel ſarmata populi no
men. Mar. libro primo. Venit & epoto ſarmata paſtus equo.

## A: ante: u: in medijs.

A. ante. u. A: ſuper: u: produc: patauum durauum breuiando.

¶ A/ante/u/in medijs ꝑducitur vt octauus/octaua/octauũ/octauius/uiaſuium. ¶ Excipiuntur due dictiones in textu. ¶ Patauum/vel patauũ vrbs italiæ quã anthenor condidit: & in qua. Titus. liuius natus fertur: nũc paduã appellant. Verg. j. æneid. Hic tñ ille vrbem patauí ſedeſq; locauit. ¶ Durauus nomẽ fluuij theſſalię. Luca. li. ix. Mox dulces piter durauí referunt ad vndas

Patauum. Durauus.

## Documentum.

Tu batauus: tetauus pones vt metra requirent.

Batauus. ¶ Due dictiones in textu/a/ſuper/u/in medijs variant. ¶ Batauus populus germanie holandinum nunc vocant. Luca. li. j. Vangiones batauiq; truces quos/ære/recurue. Iuuena. ſaty. viij. Hic petit euphratem fluuium domitiq; pataui. Tetauus nomẽ herbe. Macer. H. beribus tumidis tetaui medicamina fiant. Lucreti. li. iij. Vulneribus noſtris non excoxere tetauum.

Tetauus.

## A: in vltimis ſillabis.

A. i vltimis ſillabis.

A Fini curtum vox flexa dabit niſi ſexto.
Et quinto cui primus in: as: vel in es: modo fertur.

¶ A/in fine dictionis caſualis breuiatur: vt arma/dogma/noia &c. ¶ Excipiuntur. Primo ablatiui vndecũq; veniãt vt ab hac maria/ab hoc ãdrea/ab hoc anchiſa. &c. ¶ Sequãdo excipiũtur vocatiui noim quæ in as exeũt vt/o/thoma/o/ænea/o. athla &c. ¶ Tertio demuntur vocatiui noim quorum noiatiui in/es/tantum. terminantur vt/o/anchiſa/o/manaſſa/o/plaſta &c. ¶ Dico aũt in/es/tñ quia ſi in/a/quoq; noiatiuus terminaretur: ſecus eſſet vt illico dicã.

## Documentum.

Quod fit in: e: vel in: es: & in: a: rectos variabit.

¶ Græcum nomen quod i/e/& in/a/ſine diſcrimine terminatur ſicut tegee vel tegæa nemea vel nemea/foloe vel foloa &c. Quodq;(in es vel in/a/ſine differẽtia) exit: ſicut hic planetes/vel planeta/cometes/vel cometa. ¶ Seraſtes/vel ſe

raſta &c. Variat a in fine nominatiui & vocatiui ſingularium.

### Regula.

## A/ſine caſu/educ/ita/cum quia/& eia remotis.

¶ A/in fine dictiōis non caſualis ꝑducitur: ſicut in verbo: vt ama edifica &c. ¶ In aduerbio vt vna/antea/fruſtra &c. In coniunctione vt præterea/interea/ꝓpterea &c. ¶ In ꝑpoſitione vt citra/circa/erga &c. ¶ In interiectione vt/ha/ha/eua/raca &c. ¶ Hic addere potes monoſillabum nomen/mna/cuius tamē exemplum apud poetas non inuenio/mina enim per duas ſillabas illi rectius aiunt. ¶ Excipiuntur hic tres particulę in textu quę ſunt ſatis notę.

### Differentia.

## Longo puta terne partis: breuio puta quartę.

¶ Puta tertię. i. verbi partis finem producit. Luca. lib. iiij. I. nunc vana puta Puta.
cecaſqꝫ enitere fraudes. ¶ Sed puta quartę. i. ... partis: pro certe/poſte
riorem corripit. Per. ſaty. iiij. Hoc puta nō iuſtum eſt illud/male rectius iſtud Puta.
¶ Dic ergo puer. Nil de fratre puta: vel puta ſtultus eris.

### Documentum.

## Poſtea/cumqꝫ vltra/contra/ſeu ginta mouetur.

¶ Tres dictiones in textu & numeralia quę terminantur in ginta finalem ſillabam habent communem. ¶ De poſtea. Senec. de her. fu. Poſtea ſeuos peperit dolores (ſaphicum eſt). Ouid. libro. j. Faſtorum. Poſtea mirabar cur non ſine litibus eſſet. ¶ De vltra. Iuuenal. ſatyr. ij. Vltra ſauromatas fugere hinc ſibet & glacialē. Serenus Cura nihil prodeſt nec ducitur vltra cicatrix. ¶ De contra. Verg. j. æneid. Carthago Italiā cōtra tyberinaqꝫ longe. Marcus manilius lib. ij. Contra iacet cancer patulam diſtentus in aluum. ¶ De nomine in ginta. Ouid. de triſti. Non triginta dedit pro tantis verbera noxis. Vergil. vij. æneidos. Triginta capitum fetus enixa iacebit. ¶ De his autem quæ exeunt in ginta multa pleriqꝫ grammaticorum dictitant q̄ ego ſane prorſum irrideo.

ΤΕΛΟΣ.

### In te IESV ſpes mea recumbit.

## Petri Pontani Cæci Brugenſis In Artem Verſificatoriam, Liber Quartus.

### De littera: E: in primis medijs & vltimis ſyllabis.

### E ante: b: in primis.

E/ante/b.

CVRTAT e: b: vates: hinc rhebus: debeo: rhebas:
Sebetus: thebe: plebes: eboſita: cœbus:
Hebudes: phœbe: ſebinus debilis: hebe:
Bœbeis: bœbus: debœ: bœbe: ebria phebus
Poſthec quę ſibi premittunt duo cõſona demas.
Cum trebia phlebotũ: excipias generalia ſignes.

¶ E/ante/b/ in primis breuiatur vt nebulo/nebula/ebur. &c. ¶ Excipiuntur
Rhebus. primo decem & nouẽ dictiones in textu. ¶ Rhebus rhebi: equus fuit meſen
Debeo. tij. Ver. nono æneid. Rhebe diu res ſi qua diu mortalibus vlla eſt. ¶ Debeo
debes. obligor obligaris. Baptiſt. de gon. Vna lege omnes morti deſcendere de
Rhebas. bent. ¶ Hic rhebas rhebe fluuius macedonie Vale. Flac. lib. quarto. Littora
Sebetus. longinqui quę exirent flumina rhebe. ¶ Sebetus: fons & fluuius apud nea-
Thebe. polim. Statius. j. ſyluarũ. Ebois & pulchra tumeat ſebetus alũna. ¶ Thebe
thebes: vrbs ægypti. Iuuenal. ſaty. iij. Atq; vetus thebe centum iacet obruta
Theba. portis. ¶ Theba thebe/vel he thebe/thebarum: vrbs boetie quã cadmus cõ
didiſſe fertur. Statius lib. viij. thebai. Viue ſupſtes ait direq; ad mœnia thebe
Plebes. Idem libro. xj. Aut danais adiſſe rogos aut prelia thebis. ¶ Plebes plebei.

eſt plebs ſiue populus. Luca. li. vltimo. Hoc vaga precipiti plebes excita tumul-
tu. ¶ Eboſita mel ex arundinibus productū. Corne. de vita alex. Cecropia fra- Eboſita.
grans eboſita feruet hymeto. ¶ Cœbus nomē guloſi lurconis. Auſonius in Cœbus.
epy. Diſtinguit ſolidos cœbo preeūte trientes. ¶ Hæbudes hebudiū ſiue ſin- Hæbudes
gulari/inſule ſunt in oceano. Sta. in ſyl. Hębudes multa vi tempeſtatis agunt
¶ Hæc phœbe phœbes luna. Ver. j. geor. Ventus erit vento ſemper rubet au- Phœbe.
rea phœbe. ¶ Sebinus italie lacus. Mart. lib. v. Iandudum exundat ripa ſebi- Sebinus
nus aperta. ¶ Debilis non fortis & caducus. Bapti. de morte. Stulta quid hoc Debilis.
tantū debile corpus amas. ¶ Hęc hebæ hebes. latine pubertas. Fuit & hoc di- Hebæ.
cta nomine herculis vxor & pincerna iouis. Proper. lib. ij. Non tales ſuperis
hebæ crateras adornat. ¶ Bœbeis idis. vel idos. theſſalie palus. Luc. in ſeptio Bœbis.
Ire per oceani rapidus bœbeida ſanguis. ¶ Bœbus: cōmune latronis nomen Bœbus.
apud ſabinos. Luci. lib. iij. Viue caue plenam ne arreptet bœbus ad archam.
¶ Debœ/bœs. inſula orientis. Proper. ij. Si te coa iuuat debarumqꝫ aurea ri- Debœ
pa. ¶ Bœbe bes. theſſalie vrbs & palus. Lucre. lib. vij. Sic iocoſa ferax expan- Bœbe
dit littora bœbe. ¶ Ebrius ebria ebriū. extra menſuram latine interpretatur. Ebrius.
Perſius ſaty. v. Ebrius ante fores extincta cum face canto. ¶ Phœbus apollo Phœbus.
ſol. Verg. iij. aneid. Phœbe graues troie ſemper miſerate labores. ¶ Sequun-
do excipiuntur illa quę habent duas conſonantes ante/e/vt creber crebra cre-
brum/gleba/ſteba. &c. Duo tamē eius generis primaꝫ corripiunt. Threbia flu-
uius ciſalpine gallie. Sili. libro. iiij. Planiciem metuēs threbiam colleſqꝫ pe-
tebat. Phlebotū vel phlebotomō/illud eſt ferrū quo ſit phlebotomia quę eſt
vene inciſio ad diminuendum ſanguineꝫ pro calore temperando. Baptiſt. de al-
phon. Non rubro toties phlebotomon ſanguine ſpumat. ¶ Notentur hic &
vbiqꝫ alias generales regule de liquidis vt hebrus. de proprijs/ zebedeus. de
deriuatis vt debilitas quod ideo frequenter repeto quia multos videre eſt qui
ſua volumina eiuſmodi dictionibus per generales regulas ſufficienter explici-
tis impregnari toto conantur ingenio.

## E:ante:c:in primis.

Et:c:breue eſt:pre:me:te:ſe:ve recula ſtecas: E/ante/c.

Cum theca:mechus:fœcundus:ſecius echo:

Lecythus:ac imbecillis cæcilia græcus.

Cœcia:pœcilos:pœcile:œchalia:ſecis:

Secula:phecaſius:vel cœcuba:ceculus:ecos:

Cęcinos cum deductis producere debes.

¶ E/ante/c/in primis corripitur vt ſpecus/precor/ſpeculum &c. ¶ Excipiū-
tur primo cōpoſita ex quinq̄ʒ particulis que in textu habentur. ſcʒ pre/vt pre-
cox/precordia/preconium/ &c. Me vt mecū. te vt tecum. ſe vt ſecū/ſecurus/ſe-
cors/ve vt vecors/vecordia. &c. ¶ Sequūdo excipiūtur. Due & viginti dictio
Recula. nes in textu. ¶ Recula: diminutiuum eſt a nomine res. Sedulius de iudeis.
Sthecas. Noſtra ſub interituʒ iam tandē recula fluxit. ¶ Sthecas huius ſthecadis vel
dos. inſula eſt ad hoſtiū rhodani. Luc. lib. iij. Sthecados arua tenent necnon
Theca. & graia iuuentus. ¶ Theca græce latine repoſitorium. Mart. in apophoretis.
Mechus. Sortitus thecā calamis armare memento. ¶ Mechus adulter. Iuue. ſaty. iij.
Fœcundus ¶ Claudius accuſet mechos catilinā cethegū. ¶ Fœcundus da. dum. eſt fer
Secius. tilis & plenus. Horatius in epiſt. Fœcundi calices quē nō fecere diſertū. ¶ Se
cius negatiuū aduerbium. i. minus. Vergili⁹. ij. geor. Indulge ordinibus nec
Echo. ſecius omnis in vnguē. ¶ Hec echo huius echus. vocis ē repercuſſio vel dea
Lechytus. vocum. Perſius ſaty. j. Euion ingeminat reparabilis aſſonat echo. ¶ Lechy-
tus lagena oleum continens. Luci. lib. x. Lechytus extrema dudum vacua-
Imbecillis tur amurga. ¶ Imbecillis & hoc imbecille. vel imbecillus la. lum. eſt debilis
quaſi bacillo (vnde componitur) indigeat. Hora. ſermōc. xvij. Imbecillis iners
Cecilia. ſi qd vis adde popino. ¶ Cecilia/mulieris/ſerpētis/ & herbę nomē. Catull⁹ in
Græcus. epiſt. Excipit æratos gremio cecilia mechos. ¶ Græcus ca. cuʒ. ex græcia. Per
Cæcia. ſius. ſaty. v. Et centum græcos curto centuſſe licetur. ¶ Hic cæcia vel cæcias
cie. ventus qui nubes ad ſe trahit. Lucre. lib. iij. Femina vana mares raptat
Pœcilos. quaſi cæcia nubes. ¶ Pœcilos lis. nomē lapidis. Latine varius interpretatur.
Pœcile. Lucre. lib. vij. A uro concluſus digitum pœcilos habebat. ¶ Pœcile pœcilis.
athenienſis eſt porticus diſcutiendis cauſis aptus. Corne. de vita alexandri. Ex
Oechalia. templo ſuper his mentes pœcile voluptat. ¶ Oechalia nomē variarum vrbiū
quarū precipua eſt in boetia. Sta. in thebai. vij. Marte repētino lapſa eſt œcha
Fex. lia peſſum. ¶ Fex fecis. cuiuſcunq̄ʒ humoris excrementū. Perſius ſaty. iiij.
Sæculum. Pannoſam fecem morientis ſorbet aceti. ¶ Sæculum ſpatiū centum annorū
Phecaſius. Baptiſt. parthe. ma. j. Hæc duo luſtra putat duo ſæcula ſuſtinet egre. ¶ Phe-
caſius ſacerdos cothanus deę apud athenienſes que ritu ſpurciſſimo colebāt
Cæcubi. Iuuena. ſaty. iij. Phecaſianorum vetera ornamēta deorum. ¶ Cæcubi campa
nie populi. Vnde Cæcubus ba. bum. optimus ma. mum. quādo refertur ad vi
Ceculus. num. Mart. in epy. Cæcuba fundanis generoſa coquūtur amicis. ¶ Seculus
preneſtine vrbis conditor. Statius in thebaide. ij. Tum vigil egregiā cōdebat
Oecos. cæculus vrbē. ¶ Oecos latine domus dicitur hinc. Oeconomus. eſt rector &
diſpenſator domus. Oeconomicus ca. cum. eſt vniuerſalis. Ouid. de triſti. Di-
Cœcinos. ruta belligeris viribus œcos erat. ¶ Cœcinos: fluuius & Cœcinuʒ oppidum
locrenſibus p̄pinquū. Cornelius de vita alexā. Tū ſubitis cœcinos aquis res
mira tumeſcit. ¶ Subieci aūt cuʒ deductis quia ab his quę in textu ſunt plu
rima deriuantur. de quibus eadem eſt regula. Vt a græcus/gręcia/gręce/gre-
ciſſor ſaris. gręcanicor & ſimilia.

Differentia.

Produc echion augur: rape miles echion.

¶ Echion echionis vel echiontis quando eſt auguris nomen primã producit Echion.
Auſo.in epy. Rectius echion nõ diuinauerit augur. ſed quãdo eſt nomẽ mi-
litis qui fuit ſocius cadmi eandem corripit. Statius in thebai.x. Atq; vtinã Echion.
thebas nunq̃ vidiſſet echion. ¶ Dic ergo puer. Pretulit echion qua morte pe-
riret echion.

## Differentia.

## Qua cernis breuia: qua fidis ſpecula produc.

¶ Specula ſpecule. pro loco vnde procul ſpeculatur primam corripit. Verg. in Specula.
bucco. Preceps aerij ſpecula de montis in vndas. Sed ſpecula diminutiuũ a no Specula.
mine ſpes eandẽ producit. Claudianus in epiſt. Caſibus in tantis ſpecula nulla
manet. ¶ Dic ergo puer. Deſilit/e/ſpecula quẽ prorſus ſpecula linquit.

## Differentia.

## Duc cecus nomen: breuia ſecus abſq; reflexu.

¶ Cecus ca.cum. priorem habet productam ſiue dicatur de eo qui nõ videt. Cecus.
Ouid. de arte. Cecus es & cecos iactas in corda furores. ſiue de eo quod nõ vi-
detur. Vergi.iiij. aneid. Vulnus alit venis & ceco carpitur igni. ſiue de eo q̃d
non permittit videre. Sta.iiij. thebaid. Inſeritur tenebris & ceco conditur an-
tro: ſed ſecus aduerbiũ pro aliter/ & prepoſitio pro iuxta/ vel prope eãde corri- Secus.
pit. Vergi.ix. aneid. Haud ſecus ac iuſſi faciunt pater ipſe latinus. Claudianus
de laud. ſteph. Arboris vmbroſe ramos ſecus ille ſedebat. ¶ Dic ergo puer.
Cecus qui ſecus optat: q̃ ſecus eſſe tonantem.

## E ante: d: in diſſyllabis:

## Longat: e: d: diſſyllaba vox: ſcheda deme pedumq;. E/ante/d.

¶ Diſſyllaba dictio producit/e/ante/d/in primis vt fœdus/pedor/hedus. &c.
¶ Excipiuntur due dictiones in textu. ¶ Scheda illud eſt extimũ foliolum Scheda.
quo litere concluduntur & pro miſſili epiſtola ſumitur. Catulus in epy. Nõ
ſcheda noſtra tuas tetigit fidiſſima mẽtes. ¶ Pedum pedi. paſtoralis bacu- Pedum.
lus quo pedes ouiũ capiuntur. Verg. in bucco. At tu ſume pedum quod me-
cum ſepe rogaret. ſub illo autem continetur pes pedis/ & quicquid ab eo deri
uatur. Verg.j.geor. Ferte pedẽ faunięq; ſimul dryadeſq; puelle.

## Differentia.

## Verbum pedo moror: ſed corripio pedo nomen.

Pedo. ¶ Pedo pedis verbum eſt crepitum per poſticum facio & priorem producit.
Mart. lib. vj. Cum vult egregię reſoluto podice pedit. Sed pedo pedonis nomē
Pedo. eſt qui latos habet pedes & eandem corripit. Mart. lib. vij. Propterea magnuꝫ
minus extimuere pedonem. ¶ Dic ergo puer. Sim licet ipſe pedo / nunq̄ quaſi
femina pedo.

### Differentia.

## Perfectum produc: ſed truncatum cedo curta.

Cedo. ¶ Cedo verbum integrum pro quouis ſignificato priorem habet productam:
quia cedo / cedis / cecidi / ceſum / eſt percutio. Perſius ſaty. iiij. Cedimus: inq; vi
cem prebemus crura ſagittis. Cedo / cedis / ceſſi / ceſſum eſt locum alte
ri relinquo. Verg. vj. æneid. Tu ne cede malis: ſed contra audentius ito. ¶ Se
do ſedas eſt pacifico / cas / Baptiſt. in bucco. Dum ſedare ſitim properas te ma
Cedo. ior in vmbra. Sed Cedo defectiuum: eſt dic / vel / da / & eandem corripit. Perſius
ſaty. ij. Hæc cedo vt admoueam templis & farre litabo &c. ¶ Dic ergo puer
Cedo bonis. Sedoq; malos / quid tu cedo faxis.

### Differentia.

## Simplex curtat edo: ſed compoſitum trahit edo.

Edo. ¶ Edo / es / eſt figure ſimplicis. i. manduco: manducas: & priorē breuiat. Mar
ti. in apopho. Quattuor hi ſuibus plura frequenter edunt: ſed edo / edis / edidi /
editum: compoſitum ab / e / & do / das / eſt compono / emitto / & pario / & eandeꝫ
Edo. p̄ducit. Verg. in bucco. Nec noſtri generis puerū nec ſanguinis edunt. ¶ Dic
ergo puer. Qui moderāter edunt ſua dicta ſagacius edunt.

### Differentia.

## Sedes produco: niſi de ſedeo pariatur.

Cedes. ¶ Sedes vndecūq; veniat priorem habet productam / Nam cedes / cedis eſt p̄
cuſſio vel occiſio. Verg. ij. æneid. Noſtroruꝫ obruimur oriturq; miſerrima ce
des. Sed ſedes ſedis locus eſt quietis. Verg. vj. æneid. Fortunatorum nemorū
ſedeſq; beatas: ſedile tn̄ primam corripit. Verg. j. ænei. Intus aquę dulces vi
uoq; ſedilia ſaxo. Cedes aūt a cedo iā ſatis liquet: ſed ſedes a ſedeo breuiatur.
Sedes. Prudentius ad Virginem Mariam. Sublimi ſolio glorificata ſedes. ¶ Dic
ergo puer. Sede ſedes: ſed ſi cedes quem: cede peribis.

## E:ante:d:in poliſyllabis.

Ante:d:corripis:e:ſi ſint poliſyllaba:demptis. E/ante/d.
Edonis:hedymeles:edonus:pedaſus:inde
Ceditio:ſedentanus:lœdoria:poſthec.
Dedala:medacus:medea:vel œdipus:iſtis:
Sedulus:hœduus:ac epirhedia:dedalus addes:
Et quicquid pæs aut'phædros vox greca miniſtrat.

¶ Poliſyllaba dictio corripit/e/ante/d/inprimis vt medicus/meditor/medi-
taris.medeor mederis.&c. ¶ Excipiuntur primo quindecim dictiões quæ in
textu habentur. ¶ Edonis ſacerdos bacchi quę furore percita ſacrificabat. Edonis.
Statius in thebaid.iiij. Edonis ogygio decurrit plena lieo. ¶ Hedymeles lis. hedymeles
dulcis cantus explicatur eſtq3 generale nomen omnium dulce modulantiu3.
Iuue.ſaty.vj.Quo tenet hedymeles operam dedit hunc tenet hoc ſe.&c.
¶ Edonus edoni mons & populus thracie.Ouidi.v.metha. Edonos pene- Edonus.
netrans boreas maria omnia nouit. ¶ Pedaſus oppidum theſſalie:Vale flac- Pedaſus.
cus lib.v.Pedaſus huc portis proceres emiſit apertis. ¶ Ceditio:diſcors tu- Ceditio.
multus populi.Verg.j.ænei.Ceditio ſeuitq3 animis ignobile vulgus. ¶ Se- Sedētanus
dentanus;hyſpanie populus iuxta nouā carthaginē.Silius lib.iij.Sedentana
cohors quam ſucro rigentibus vndis.&c. ¶ Lœdoria detrectoria loquacitas Lœdoria.
Baptiſta de gon.Iuſtos ſepe animos lœdoria falſa notauit. ¶ Dedala ſine ſingu Dedala.
lari ſunt montes inter chretam & italiam. Lucretius nono.Non ſic præpetib9
tranſiuit dedala pennis. ¶ Medoacus:populus ſchotie. Baptiſt.in exhor. Me- Medoacus
doaci poſt terga ruunt & ſpicula vibrant. ¶ Medea iaſonis vxor.ſed pro qua- Medea.
cunq3 venefica muliere ſumi poteſt.Hortius de art.Sit medea ferox:io vaga:
flebilis ino. ¶ Edipus edipi vel edipos & edipodes edipode tumentes habens Edipus.
pedes explicatur quo nomine & rex thebarum ſpingos victor dictus eſt. Lu-
cil.ſaty.nona. Edipus extremas docuit ſic vltimus artes. ¶ Sedulus ſedu- Sedulus.
la ſedulum.diligens & fidus quaſi ſine dolo.Horatius de arte.Ferudus an ma
trona potens:an ſedula nutrix. ¶ Heduus:populus gallie quem hennonium Heduus.
dicunt.Cecilius li.octauo.Heduus ecce ruit platis vndiq3 ſignis. ¶ Epythe- Epyrhediū
dium rheda ſiue currus in quo heroides protectę vehuntur.'Cornelius de vi-
ta alexan.Tempore non illo nobis epyrhedia quadrant.Hic autem id nominis
propter ſolam partem compoſitionis quæ eſt rhediū aſſignatur. ¶ Dedalus Dedalus.

dedala dedalum eſt ſubtilis cautus & ingenioſus quo noīe dictus archytect⁹ ille qui laberynthum conſtruxit. Vergilius ſeptimo æneid. Dedalus vt phama eſt fugiens minoia regna. ❡ Sequundo excipiuntur omnia quę a pæs huius pædos.i.puer.vel a phędros id eſt pulcher deducuntur vt pedagogus.ideſt puerorum ductor pedagogium pueri obſequium pedagium puerorum domus. (collegium vocant)pædia puerorum eruditio.Sic etiam pædico pedicas.pedico pediconis.pæderestes &c.de quorum ſignificato ſatius eſt tacere ꝙ loqui. Item phædria.i.pulchritudine florens phædra pulchra nimis & ſimilia.

## Differentia.

## Dat medeor medicus:ſed media medicus edit.

Medicus. Medicus. ❡ Medicus medica medicum.a medeor .mederis primaꝫ corripit. Baptiſt. in bucco. Ite procul medice non ſum ſanabilis artes. Sed medicus medica medicum a nomine media pro regione eandem producit. Lucanus libro octauo. Velamenta vides partus per medica rura. ❡ Dic ergo puer. Hic bonus eſt medicus cui fructus medicus aſtat.

## Differentia.

## Mobile corripio:ſed fixum media curto.

Media. ❡ Media adiectiuum primaꝫ breuiat. Iuuenalis ſaty.iij. Emicat & ſulcū media deducit arena. Sed media ſubſtantiuum pro regione eandem longat. Vergilius.ij.georg.

Media. Media fert triſtes ſuccos tardumq́ꝫ ſaporem. ❡ Dic ergo puer. In terra media letos dat media fructus.

## E:ante:f.

E/ante/f. **E:ſuper:f:vates breuiant:tamen eſula produc.**

❡ E/ante/f in primis corripitur.vt nefas/nefandus/nefaſtus &c. Eſula tamē primam habet productam. Eſtq́ꝫ inſula in oceano. Mart. lib.iij. Non ita ſemotas diſterminat eſula terras. Non autem me latet hæc & ſimilia omnia per ph/ aſpiratum poſſe ſcribi vt pleriq́ꝫ cenſent verum ego regulę faueo.

## E:ante:g:in primis.

E/ante/g. **Curtat:e:g:vates:hinc æger:regula:dego:**

Rhegion: hegaleos:egates:tegula: ſlege:

Legitimus:regaliolus:vegrandis:& ægos:

Aegypſos:ſimul ægyptus:reginaq; dictis

Nœgeus:cum ſegeria:regillus adeſto.

¶ E/ante/g/in primis corripitur.vt legio/ regio/greges/ &c. ¶ Excipiuntur
decem & octo dictiones in textu. ¶ Aeger ægra/ægrum.dolens & infirmus Aeger.
Verg.in bucco.Protenus æger ago hanc etiam vix tityre duco. ¶ Regula di Regula.
rectio.Lucre.li.iij.Virtus in vitium refugit niſi regula detur. ¶ Dego degis Dego.
mando & viuo.Vergi.iiij.æneid.Degere more fere tales nec tangere curas.
¶ Rhegion:oppidum brutiorum.Ouidi.xiiij.metha. Rhegion ingreditur Rhegion.
feruenteſq; edibus vndas. ¶ Hegaleos mons atticus.Papi.xij.theba.Diues Hegaleos.
& hegaleos nemorum perneſq; benignus. ¶ Egates:inſule ſunt in lybia.Si Egates.
lius libro primo.Flore virens auet egates abolere parentum. ¶ Tegula late: Tegula.
ricius lapis quo tectū domus tegitur.Iuuena.ſaty.iij. Vltimus ardebit quē
tegula ſola tuetur. ¶ Hec Slege ſleges.per duas ſyllabas oppidum aphryce. Slege
Priſcianus in perihegeſi.Condita temporibus multis perit ardua ſlege. ¶ Le Legitim⁹.
gitimus legitima legitimum.a nomine lex.legis eſt legalis ſiue regularis.
Horatius de arte.Legitimumq; ſonum digitis callemus & aure. ¶ Regalio Regaliol⁹.
lus:auicula quam regem auium dicunt.Ouid.de faſt.Hic regaliolus ſummiſ
ſa voce canebat. ¶ Vegrandis:valde magnus.Perſius ſaty.j.Iratum cupolidē Vegrandis
vegrandi cum ſene palles. ¶ Aegos ægi.capra. vnde prope infinita deriuan Aego.
tur vt ægonomus id eſt caprarum cuſtos.ægloga ſermo de capris. Aegeon
mare in quo ſunt montes & ſcopuli figuram caprarum referentes. Perſius ſa
tyra.v.Aegeon rapias niſi ſollers luxuria ante. ¶ Aegypſos oppidum grecie Aegypſos.
quod ægypius condidit Ouidius in prime de pontho. Caſpius ægypſus de ſe
ſi creditur ipſis. ¶ Aegyptus regio.Sta.ſeptimo theba.Aegyptus rapidas mi Aegyptus
ſit tibi nile cohortes. ¶ Regina que regnum moderatur. Horatius in epiſto. Regina.
Vnica cunctarum regina pecunia rerum eſt. ¶ Nœgeus ſubſtantiuum eſt Nœgeus.
panniculus quem naſitergium vocant vt in hoc Liuij .Lachrymas de ore
nœgeo terſit.ſed Nœgeus adiectiuum eſt candidus & pulcher.Verg.in ethna
Egregios vultus nœgeaq; corpora ſeruant. ¶ Segeria vrbs theſſalie. Corne Segeria.
lius de vita alexan.Segeriamq; petit comitatus milite pauco. ¶ Hic regillus Regillus.
& hec regilla pro eodē genus eſt veſtis qua armenij ſolent vti.Sicilius lib.vl
timo.Aureus ipſa virum regillus corpora velat.

Differentia.

## Produco primę: ſed corripio lego terne.

Lego. ¶ Lego legas primę inflectionis eſt mitto vel in teſtamento relinquo & priorem producit. Lucretius libro ſeptimo. Exquiſita tenet proiectaq; corpora legat: ſed lego legis tertiæ eſt tranſeo/furor/colligo/ & libros perluſtro eandeq; corripit. Vergil. in bucco. Siue oram illirici legis equoris en erit vnq̄. Idem.
Lego. Qui legitis flores & humi naſcentia fraga. ¶ Dic ergo puer. Quą pauca lego de vertice plurima lego.

Differentia.

## Pegaſus elongatus equus: vir pegaſus anceps.

Pegaſus. ¶ Pegaſus alatus equus perſei qui muſarum fontem in monte pernaſo effecisse fingitur. primam longat. Ouidius quinto Metha. Vera tamē phama eſt & pegaſus huius origo. Sed pegaſus viri proprium primam habet communem. Vergil. x. æneid. Tum lyrum pegaſumq; ſuper quorum alter habenas.
Pegaſus. Iuuena. ſatyra. quarta, Pegaſus attonite poſitus modo villicus vrbi. ¶ Dic ergo puer. En pegaſus cecidit quem pegaſus ante ferebat.

Differentia.

## Verbum curto regis: ſed nomen protraho regis.

Regis. ¶ Rego regis priorem corripit. Vergilius primo Georg. Eternis regis imperijs & fulmine terres. Sed genitiuus regis alijq; caſus eandem producunt.
Regis. Idem octauo Ducimur ad ſummi precioſa palatia regis. ¶ Dico ergo puer. Quę multa regis nō monſtras debita regis.

Differentia.

## Anceps vir regulus: ſed ſerpens rexq; moratur.

Regulus. ¶ Regulus viri proprium primam variat. Martia. libro ſequundo. Tu tamen hunc fieri ſi mauis regule primum. Sedulus libro ſequundo. Poſt regulus

nato quidam moriente rogabat. Sed regulus ſerpens vel diminutiuum a rex regis primam ſemper producit. Baptiſt. in tropheo contra gallos. Colla vires illic mala toxica regulus efflat. Verg. in priapeis: Rex qui magnus erat quondam: vix regulus extat. ¶ Dic ergo puer. Prouideat regulus ne vite regulus obſit. Regulus.

## E ante/l/in diſſyllabis.

E: ſuper/l/tardant diſſyllaba: ſed chelys inde. E. ante/l.

Et celer/atq; celox/helos/& gela/vel felo: demas.

Et gelos: atq; gelu: vel helox: melas & melos iſtis.

Ac ſcelus: inde meles: ſcelos: & ſtelis: ac velut addes.

Cumq; meli: coniūge velim generalia ſignes.

¶ Diſſyllaba producunt/e/ante/l/in primis: vt celum velum foelix &c. ¶ Ex
cipiuntur decem & octo dictiones in textu. ¶ Chelys teſtudo vel cythara. Chelys.
Claudia. de laude poeta. Mouit apollineam dextera docta chelym. ¶ Celer ve Celer
lox. Ouid. de art. Quo tibi mandatum eſt perge: rediq; celer. ¶ Celox celo- Celox.
cis: vel hec celonis nauicula eſt a celeritate ſic dicta Bap. in ſyl. Hic per ſtagna
celox præcipitata fugit. Ennius Labitur vncta carina per equoraq; alta celo-
nis. ¶ Helos. Oppidum græcie. Lucreti. libro nono. Formidatur helos cum
ſurgit robore tanto. ¶ Gela oppidum & fluuius Sicilie. cuius populi etiam Helos.
gele vocantur. Silius decimoquarto. Venit ab amne trahens nomen gela ve Gela.
nit & heſa. ¶ Felo/felis vel felio felis. propriū eſt pardi. Ouidius de phi. Pan- Felo.
ther caurit amans pardus hiando felit. ¶ Gelos huius gelatos riſus hinc ge Gelos.
laſtus riſibilis agelaſtus irriſibilis. Lucretius libro nono. Principiis hominez Gelu.
fecit natura gelaſtum. ¶ Hoc Gelu: hoc gelum: vel hic gelus pro eodem.
Ouidi. de triſti. Pectora torpenti diriguere gelu. Lucretius libro ſexto. De-
mittit quaſi ſepe gelum quod continet in ſe. Cornelius de vita Alexandri. Se
uus hiperboreo cuneis gelus axe ruebat. ¶ Helox helocis nomen canis: vi- Helox.
gilans interpretatur. Manth. de Alphon. Heu neſcis quid proſit helox dum li Melas.
mina ſeruat. ¶ Melas montis & fluuii attici nomen. Ouidius de art. Mitior Melos.
ancipiti voluitur amne melas. ¶ Hoc melos dulcis cantus. Lactantius de re-
ſurrectione Chriſti. Fitq; repercuſſo dulcior aura melo. ¶ Scelus/ſceleris/ Scelus.
peccatū. Ouidius decimoquinto Metha. Heu q̄ntum ſcelus eſt in viſcere viſce

Meles. ra condi. ¶ Meles/melis/vel tis fluuius Lydie. Statius in ſyluis. Fonte me=
Scelos. les hermiq; vadum quo lydius intrat. ¶ Scelos eſt crus cruris. Ouidius de
Stelis. arte. Ah mihi ꝙ ſeuo leditur vngue ſcelos. ¶ Stelis ſtelidis vel ſtelidos aui=
cule nomen & dee iuuentutis. Luci. libro. tertio. Sepe ſtelim noſtre rectricē
Velut. poſce iuuente. ¶ Velut veluti aduerbium ſimilitudinis. Vergilius primo Ae=
Meli. neidos. Ac veluti magno in populo cum ſepe coorta eſt. ¶ Meli ſine declina=
tu eſt mel mellis: ſed in ſola fere compoſitione reperitur. ſicut meligenes me=
leander meliſſus &c. Cleophi de cetu poeta. Non procul hinc dulcis placido
Velim. canit ore meliſſus. ¶ Velim velis velit. ſatis liquet. Vergilius primo Aenei=
dos. Eſſe velis noſtroiq; huius meminiſſe minores. ¶ Adieci autem in calce
generalia ſignes: propter illa que vel poſitionem habent vt fello fellas fellator/
fellatoris &c. Vel propria ſunt vt telo: melo celer &c. Vel aliunde deriuantur:
Vt a gelu/gelidus/gelida gelidum/gelo gelas/gelatio/gelationis. &c. Que
tamen hic locum non habere videntur. ſed ea pueros libenter admoneo: vt ge=
nerales regulas pre oculis ſtudioſe habeant.

## Differentia.

## Fixum corripitur: ſed mobile tenditur elix.

¶ Helix helicis ſubſtantiuum nomen genus eſt hedere & priorem corripit.
Helix. Martialis libro tertio. Non noſtros circundat helix florētibus hortos. ¶ S;
Elix elicis adiectiuu; nomen eſt attrahens & fallax deductum ab elicio elicis
Elix. & eandem producit. Propertius. Elix eſt nimium quam dicis & mala pellex.
¶ Dic ergo puer. Dum te cingit helix mulier te decipit elix.

## Differentia.

## Produco celum: breuio ſcelus inde ſceleſti.

Celeſtis. ¶ Quia hoc adiectiuum Celeſtis & hoc celeſte a nomine celum & ſceleſtus
ſceleſta ſceleſtum a nomine ſcelus ſceleris plerumq; in vocibus conſonant hic
illorum differentiam aſſignare volui. Nam celeſtis adiectiuum deductum ab
hoc nomine celum celi. Primam vbiq; producit. Vergilius primo Aeneidos
Sceleſti. Impulerit tante ne animis celeſtibus ire. ¶ Sed ſceleſtus/ſceleſta/ſceleſtum/
quod eſt malus mala malum eandem vbiq; corripit. Ouidius in Epiſtolis.
Pluribus interitum lingua ſceleſta parit. ¶ Dic ergo puer. Regno celeſti ne
queunt gaudere ſceleſti.

## E ante/l/in poliſyllabis.

E/ſuper/l/breuiant poliſyllaba:velicer inde. E.ante.l.

Delubrum/elyſium/electrum melanthia demas.

Helias eleus celonion helios iſtis.

Melota/elona/& pelides/pelion/addam:

Theleboe/cum peligno:peluſia:poſt hæc.

Pelamys:& cum velabro vel pelode iungam.

Spelæum ſpelunca ſimul variabis helyſos.

¶ Poliſyllabe dictiones corripiunt/e/ante/l/in primis ſyllabis vt melior,/ele-
gia/peloponium &c. ¶ Excipiuntur. Primo vna & viginti dictiões in textu.
¶ Velicer fluuius theſſalie. Sidonius tertio panegyrico. Bructerus viuol-
quem velicer abluit vnda. ¶ Delubrum templum. Ouidius de Triſtibus. Velicer.
Quem comes ad Scythice vexit delubra dyane. ¶ Elyſium locus apud infe- Delubrum.
ros qui beatorum & benefortunatorum dicebatur. Vergilius in ſexto Aenei- Elyſium.
dos. Mittimur Elyſium & pauci leta arua tenemus. ¶ Electrum ſpecies me- Electrum.
talli. Vergilius in Buccolicis. Pinguia corticibus ſudēt electra myrice. ¶ Me-
lanthium genus herbe. Columella libro ſequundo. Huic eribus variis etiam Melāthiū.
melanthia proſunt. ¶ Helias nomen prophete. Deus meus interpretatur. Ba- Helias.
ptiſta de Calamitati. Helias ardenti conſcendit in æthera curru. ¶ Eleus po-
pulus Græcie. Priſcia. in Perihegeſi. Flammiuomis eleus equis gaudere ſo- Eleus.
lebat. ¶ Celonion/celoniontis/ciconia & inſtrumentum quo aque hauriun- Celonion.
tur. Lucretius libro vltimo. Plauſitat aeria pridem celonion arce. ¶ Helios/
ſol/Statius in ſyl. Aureus in medio iam voluitur helios axe. Helios.
¶ Melota veſtis ex pellibus ouinis. Baptiſta in Buccolicis. Melotaſq; tra-
hunt denſaſq; perilia vulpes. ¶ Elona vrbis nomen Lucretius libro ſexto. Melota.
gantis & fluuij nomen. Ouidi. viij. Metha. Hinc abiens vincas alios acheloe
drachones. ¶ Cypſelus iaſonis filius qui chorinthū in achaia cōdidit. Verg. — Cypſelus.
in priapeis. Cypſelus ipſe patri nullo minor equora clauſit. ¶ Eleleus huius — Eleleus.
elelei vel eleleos eſt bacchus aut vinum. Ouid. iiij. Metha. Nyctiliuſqꝫ elelꝰ
qꝫ pater ſua robora pandunt. ¶ Thymele thymeles hiſtrionica mulier pulpi- — Thimele.
tū interp̄tat̄ Iuue. ſaty. vj. Diues & a trepido thymele ſuppoſta latino. ¶ Se- — Semele.
mele ſemeles mater bacchi & nomen ſylue in qua ſolet coli. Ouidi. vj. Faſto-
Lucus erat dubiū ſemele ſtimele ne vocetur. ¶ Parelothus eſt harpago qua — Parelothꝰ
naues inter bellandū retinentur. Lucre. li. iij. In promptu parelothus erat qua
dentibus vncis. ¶ Pterelas pterele nomen canis velox interpretatur. ¶ Oui. — Pterelas.
lib. iij. Metha. Et pedibus pterelas & naribus vtilis ægre. ¶ Obelus eſt veru — Obelus.
quo ſuperflue addita in ſcripturis notari ſolent ſicut truncata aſteriſco. i. ſtel-
ſula. Philel. ſaty. xx. Primus ariſtarchꝰ obelis certauit & aſtris. ¶ Xerāpeline — Xerāpeline
ſicce & iam detrite veſtes. Lucilius ſaty. vij. Nos xerampelinis tandem veſti-
uit auitis. ¶ Ethelis nomen piſcis. Baptiſta i epy. Non ethelis nō turtur erit — Ethelis.
ſed gobio paſtus. ¶ Sicelis ſicelidis vel ſicelidos cultrix ſcilie & fons ibidem. — Sicelis.
Ouid. in epy. Quid mihi cum leſbo ſicelis eſſe volo. ¶ Arelas arele oppidum — Arelas.
Britannię. Auſoni. in epy. Miſcetur ſubitus arele cū gente britannus. ¶ Ice- — Icelus.
celus ſopni filius vel ipſe ſopnus. Ouid. xj. Metha. Hunc icelum ſuperi morta
le phobetora vulgus. ¶ Stiphelus nomen centauri. Ouid. xij. Metha. Quiqꝫ — Stiphelus.
neci ceneus dederat ſtiphelumqꝫ bromumqꝫ. ¶ Sphacelus herbe genus. Co — Sphacelus
lu. li. vij. Cū ſiliquis etiam ſphaceli de gramine ponam. ¶ Encheliæ oppidum — Encheliæ.
boetie. Lucanus li. iij. Encheliæ verſi luctantes funera cadmi. ¶ Encheladus — Encheladꝰ
gygantis & grammatici p̄ceptoris nomen Iuue. ſaty. vij. Quis gremio enche
ladi doctiqꝫ palemonis affert. ¶ Futrapelus vrbanus & elegans. Martia. in
epy. Futrapelus tonſor duꝫ circuit ora luperci. ¶ Sepelio ſepelis verbum ſatis
notum. Perſius ſaty. iiij. Iampridem hūc ſepeli tu reſtas perge tacebo. ¶ Vin
delici populi macedonie ꝓpe leſbon. Martia. lib. ix. Me tibi vindelicis raptū nar
rabat in oris. ¶ Sequundo. Excipiuntur omnia q̄ cōponuntur ex gręca dictio
ne telos. i. finis honor vel tributum vt praxiteles ariſtoteles &c. Vel ſcelos. i.
crus vel tibia vt pericilis metrocilis &c. Vel melos. i. melodia vt endimeles eu
ximelus. i. bonus cantor. &c.

## Documentum.

Seu proprium/ſeu non fuerit cybele variabis:

¶ Cybele cybeles eſt mater deorum eſt etiam mons & oppidum phrigie: ſed

ſemper mediam habet communem. Claudianus in. iij. de Raptu proſerpine. Dicta ferant ſubicit cybele non tanta tonanti. Idem Ibidem. Proſilit & tali cō pellat voce cybelem.

### Differentia.

## Vir ſemper breuia: ſed mons ampelius educ.

Ampelius ¶ Ampelius nomen viri ſequundam corripit. Prudentius de virgine Ampelius longo ſic circunducitur actu. Sed Ampelius promontorium prope cyclades eandē pducit. Lucre. xj. Remigibus celeres ampelius ille carinas. ¶ Dic
Ampelius ergo puer. Diſperit ampelius qua nunc ampelius extat.

### E/ante/m/in medijs.

E. ante. m. E/ſuper/m/produc: hinc artemis/artemidorus.

Gethſemani/vehemens/alemannia/chryſothemiſq;.

Ploxemum/& hinc ptolemos/elementum demere debes.

¶ E/ante/m/in medijs producitur vt eremus eleemoſyna(p ſex ſillabas) anathema &c. ¶ Excipiuntur nouem dictiones in textu. ¶ Artemis midis diana ſoror phebi. Propertius lib. iij. Artemide nos ſolicitu cum fratre vocamus
Artemis. ¶ Artemidorus herbe & viri nomen peritum medicum ſignificat. Martia. lib.
Artemidorus. vij. Non ita iactabat cum vinceret artemidorus. ¶ Gethſemani nomen ville ſiue pagi in iudea prope montem oliuarum terra fertilis latine explicatur.
Gethſemani. ¶ Sedulius de paſſione. Gethſemani cum diſcipulis tunc rura petiuit. ¶ Ve-
Vehemens hemens fortis alacer & ſubitus. Lucre. lib. nono. Viribus extremis vehementia ſpicula iactant. Idem tamen author per ſyneresim id nominis duabus ſyllabis quandoq; profert: ſicut Cicero in arato. Geſſit tam vero clymata eſt vngu
Alemania. la vehemēs. ¶ Alemānia regio eſt germanie. Claudianus in. iiij. De cōſolatu
Chryſothemis. honorij Impleratq; tuum ſupplex alemannia nomē. ¶ Chryſothemis aurea forma. Verg. in priape. Quo tibi chryſothemis tādē mea nata receſſit. ¶ Plo-
Ploxemum xemum archa ſiue capſa. Senec. i heccu. Ploxemi fortes quateret receſſus &c.
Ptolemos (Saphicum eſt) ¶ Ptolemos vel ptolemus græca dictio latine miles dicitur hinc pyrrhus achillis filius dictus eſt neoptolemus. i. nouus miles. Verg. ij. Aeneid. Cede neoptolemum geminoſq; in limine atridas. Itaq; in ſimili compoſitione nomen hoc frequēter vſurpatur vt triptolemus ptolomeus philopolemus &c. ¶ Elementum rerum naturalium vel literarum principium. Oui.
Elementū. iiij. Metha. Deiſor hic tellus elementaq; grandia traxit.

### Differentia.

Corripe ſtans anemos: produc exanguis anæmos.

¶ Anemos ventus aquilonis mediam habet correptam. Ouid. de triſt. Hinc anemo veniente caſe labuntur ad imum. Sed anæmos exāguis ſiue abſq; ſanguine eandem habet dipthongo productam. Lucre. lib. xj. Obuius accurrens videt impatienter anæmon. ¶ Dic ergo puer. Exiliens anemos facit vt ſit corpus anæmos. Anemos. Anæmos.

E/ante/n/in medijs.

E/ſuper/n/longum eſt: xenos/& ſtenos/& genos inde. E. ante. n.

Ambenus/alcamenes/aſenech/hebenus/berenice.

Aduena: miritenes: echeneis: carcenas: iſtis.

Fumenis: eurimene: iuuenis miſſumenos: addam.

Olenos orchomenus: cum nyctimene: berenicis.

Sic & achæmenides: achæmenus: argena dictis.

Pœmenis: atq; phonolenides: helene: amphigenia.

Ormenis: ormenium: vel parmeno: parthenopea.

Cazomene: cum melpomene. vel parthenos: arcta.

¶ E/ante/n/ in medijs producitur vt agarenus agenor ſuffenus &c. ¶ Excipiuntur. Primo omnia quæ componuntur ex græca dictione xenos. i. hoſpes vel peregrinus vt philoxenus. i. vir hoſpitalis axenus i. hoſpitalis ariſtoxenus id eſt optimus hoſpes &c. ¶ Sequundo excipiuntur compoſita a thenos: id eſt fortitudo vel robur vt caliſthenus demoſthenes boryſthenes. &c. ¶ Tertio excipiuntur compoſita a genos: id eſt genus ſiue illa latina ſint vt ingenuus indigena ingenium &c. Siue græca vt dyogenes harmogenes protegenes. &c. ¶ Quarto excipiuntur vna & triginta dictiones in textu.

¶ Ambenus mons & oppidum i inſula colcho. Valerius Flaccus libro ſexto Ambenus
Arduus equoreis ſupeminet amben⁹ vndis. ¶ Alchamenes peritiſſimi ſcul- Alchame-
ptoris nomen Auſonius in epygrāmati. Prouidus alchamenes tali pollebat in nes.
arte. ¶ Aſenech oppidum hebreorum latine ruina vel pcipitatio interpretatur Aſenech.

Hebenus. Sedulius de Iu. Non ita cōtinctis alenech furiabat in armis. ¶ Hebenus vel
hebenum: arbor cuiuʒ lignum eſt nigerrimum. Verg. primo georg. Fert he-
Berenice. benū ſolis eſt thurea virga ſabeis. ¶ Berenice berenices, precioſi lapidis & re-
gine ægypti nomen. Prudētius in Pſicomachia. Quid multa decorare iuuat
Aduena. digitos berenice. ¶ Aduena extraneus vel peregrinus quaſi ex lōginquo ad
nos veniat. Papinius primo achilleidos. Necte comas neqʒ em̄ aoniū nemus
aduena pulſo. Sed auena mediam producit per regulam. Vergi. in bucco. Syl-
Miritenes. ueſtrem tenui muſaʒ meditaris auena. ¶ Miritenes: precioſa gemma. Priſcia
Echeneis. nus in perihegeſi. Miritenemqʒ bonū nardi cum reddat odoreʒ. ¶ Echeneis
piſcis parue q̄titatis qui tamen maximas naues ſui preſentia immobiles ſiſte-
re facit. Atqʒ ideo latine remora quaſi a remorādis nauibus dicitur. Lucan⁹
libro ſexto. In medijs echineis aquis oculiqʒ drachonum. Caue hic ne cum
Carcenas. indoctis echinus per tres ſyllabas protuleris. ¶ Carcenas carcenatis: nomen
Fumenis. piſcis. Lucre. lib. vij. Carcenas oceanū cauda criſpante ſecabat. ¶ Fumenis fu
Eurymene ria. Sil. lib. ij. Fumenis in medios irrumpit turbida cœtus. ¶ Eurymene eury
menarum oppidum eſt theſſalie. Valerius flaccus lib. vj. Eurimenas rigido
Iuuenis. tandem mauorte ſubintrat. ¶ Iuuenis qui nuper adoleſcentia exceſſit. Hora-
Miſſume-nos. tius de arte poetica. Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto. ¶ Miſſume-
nos adiectiuum græcum eſt diſplicens & odioſus cuius contrarium eſt diſexa
pothos quia maxime optatū & iucundum ſignificat. De vtroqʒ martialis in-
quit in apopho. Non erit in turba quiſq̄ miſſumenos iſta. Sed poterit quiuis
Olenos. eſſe diſexapothos. ¶ Olenos vel olenus: opidum ætholie & aliud boetie. Sta
Orchomenus. tius libro decimo thebai. Olenos ionijs & fluctibus hoſpita portu. ¶ Or-
chomenus vel orchomenon mons/ fluuius/ & oppiduʒ theſſalie. Ouidius. v.
nyctimene metha. Vſqʒ ſub orchomenon protendere vela iubebat. ¶ Nyctimene nycti-
menes: puella in noctuam verſa vel ipſa noctua. Ouidius ſequūdo metha. Cri
Berenicis. mine nyctimene noſtro ſucceſſit honori. ¶ Berenicis berenicidis oppidū phry
Achæmenides. gie. Sillius li. iij. Affuit vndoſi cretus berenicide miles. ¶ Achæmenides vn⁹
comitum vlyſſis dextra/ validus explicatur. Vergilius in. iij. æneid. Nomen
Achæmenes. achæmenides troiaʒ genitore adamaſco. ¶ Achæmenes vel achæmenus pri
mus rex perſarum. Vnde & perſe achæmenij dicti ſunt. Propertius lib. ij. Nō
Argena. tot achæmenijs armātur ſuſa ſagittis. ¶ Argena vel argenes apollo in argia
oppido cultus. Seneca de hercu. fu. Argenā pictis coluit ſub antris (ſaphicum
Poemenis eſt) ¶ Poemenis: nomē canis & paſtoralis latine ſonat. Ouidius. iij. metha.
Phonolenides. Poemenis & natis comitata harpya duobus. ¶ Phonolenides ebrius & rabi
dus explicatur. Lucilius lib. ix. Illa phonolenides furiata mēte petiuit. ¶ He
Helene. lene helenes vel helena helene vxor fuit menelai ꝓpter quā troia cecidit. Fuit
& mater cōſtantini quę crucē dn̄i inuentā curauit. ſed pro quacunqʒ muliere
formoſa ſumitur. Oui. in epi. Redde parim nobis helenam menela⁹ habebit
Amphigenia. ¶ Amphigenia oppidū boetie. Papi. iiij. thebai. Huic parere dati quos ferti-
lis amphigenia. ¶ Ormenis nymphæ nomē. Ouidi. in epiſto. Ormeni queſo
Ormenis. meis oculos affige tabellis. Ormeniū pagus boetie. Cornel. de vita alexādri
Ormeniū. Ormenij fūdos fecundaqʒ p̄dia querūt. ¶ Parmeno onis. aſtutus ſeru⁹ apd̄
Parmeno. therētiū caut⁹ inuētor latine dici pōt. Philel. in ſatyris. Nō ego vulpina venio
parthenope tibi parmeno mēte. ¶ Parthenope pes, vel parthenopæa nopee. vrbs italie. quā

Neapolim nunc vocant vt eſt in hoc Vergilij epythaphio. Manthua me ge=
nuit:calabri rapuere:tenet nunc. Parthenope cecini paſcua rura duces. ¶ Cla Claſomene
zomene menarum: Oppidum/ Aſſyriæ. Horatius lib.vij. Clazomenis etiam li
tes cum rege moleſtas. ¶ Melpomene melpomenes vna muſarum dulce ca= melpomene
nens dicitur. ¶ Vergili. de iuentis muſarum. Melpomene thraico proclamat
mœſta boatu. ¶ Parthenos vel parthenus pro maſculino & parthenice parthe Parthenos.
nices pro feminino eſt virgo. Bap. in. Ma. Parthenice mea qualis erat iam grã
dior euo: hinc eſt parthenius appellatiuum qui ex muliere natus eſt: quæ vir=
go nupſit. Iuuenalis ſaty. xij. Parthenio factas vrne cratera capacem hinc eſt/
& parthenius proprium mons fluuius & oppidum archadie. Verg. in Bucco.
Frigora parthenios canibus circundare ſaltus.

## Documentum.

Porcena: & armenia/neriene: carmina mutant.

¶ Tres dictiones in textu variant/e/ante/n/in medijs. ¶ Porcena Romano= Porcena.
rum rex circunſpectus latine explanatur. Martialis libro primo. Hanc ſpecta
re manum porcena non potuit. Vergilius. viij. Aeneidos. Necnon tarquinium
eiectum porcena iubebat. ¶ Armenia regio. Papinius primo ſyluarum. Ar= Armenia.
menia & patiens latij iam pontis araxes. Lucilius li. ix. Viribus heſperiis du
plex armenia paret. ¶ Neriene nerienes filia martis vel ipſe mars aut bellum. Neriene.
Papinius in ſyluis. Oppoſitas acies nerienevincere certat: Correptionis autem
teſtimonio eſt Aulus gelius qui id nominis variandum tradit.

## E/ante/p/in medijs.

E/p/breue eſt: quę dant lephæq;/paleq;/lycepes. E/ante/p.

Sic hodoeporus/æſepus/præſepe/Ioſephus.

Sic & hypepa moror ſi vis aſclepius addes.

¶ E/ante/p/in medijs breuiatur vt elephas olephus thelephus &c. ¶ Excipi
untur. Primo oĩa copoſita a dictioe græca lephæ. i. detrucatio vt ſynalepha vo
calis pereptio epyſinalepha comeſtionũ depoſitio. ¶ Sequũdo excipiunt̃ cõpo
ſita a vocabulo gręco palę. i. diuturne vt palephanus qui diu & plixe loqtur: pa
leſag⁹ q diurnãducat palepolis diuturna & vetus citas. ¶ Tertio. Excipiunt̃
ſepte dictiões i textu. ¶ Lycepes nomẽ cẽtauri ſtatius i ſyluis. Prelia miſce
bat recta ceruice lycepes. ¶ Hodoeporus itinerarius ſiue viator. Claudianus Lycepes.
in epy. Vnde precor tanto pperas hodoepore motu. ¶ Aeſephus fluuius pro Hodoepor⁹
pe colcum. Corne. de vita Alexã. Et fluxu equoreas æſephus voluit i vndas. Aeſephus.

Præſepe. ¶ Præſepe id in quo pecora paſcunt. Calphur. in bucco. Ad ſua iam paſti redeunt præſepia thauri.
Ioſephus. ¶ Ioſephus optimus iudaice hiſtoriæ cronographus. Seduli⁹ de iudeis. Si qua fides noſtro fuerit preſtanda Ioſepho.
Hypæpa. ¶ Hypæpa Hypæporum oppidum. Lidie ſub culmine montis interpretatur. Ouidius. vi. Methamorpho. Orta domo parua paruis habitabat hypępis.
Aſclepius. ¶ Aſclepius poeta lydius qui genus hoc carminis primus excogitauit quod aſclepiadeum nuncupatur & pro carmine ipſo non inepte ſumi poteſt. Sedulius de iudeis. Fallaces hominum mentes aſclepius edat.

## E/ante/q/in medijs.

E.ante.q. Ante/q/corripis/e/medijs:nihil excipiatur.

¶ E/ante/q/ſemp corripitur vt diequarti diequinti &c. Teſtis eſt Aulus gel. li⁹. ix. Noctium atticarum. Belligerabantur pedites equites diequinti.

## E/ante/r/in medijs.

E.ante.r. E/ſuper/r/breuia/remex/caris/hereſis/annus.

Auſterus:crater:abdera:cythera:cytherę.

Poderis:panther:arcera:ſeuerus:acheras.

Oemanthera:megera:ſtatera:arteria:iberus.

Arceris:procera:chymera:neera:cytheron.

His cauterius: & cauteria:ſiue galerus:

Et centeria:vel ſincera:machera:cyperus.

Sother:& neutrum produc quod in erium abiuit.

Ni donet glycos aſtra magiſter ſiue miniſter.

¶ E/ante/r/in medijs breuiatur vt ſuperus/camera poſterus &c. ¶ Excipiūtur primo quę ex vna quattuor primarum particularum in textu componuntur: vt a remex trieris nauis trierarchus eius rector. A caris( .i. gratia ). Cariſteria reconſiliāde gratiæ munus. Cariſterius amicitię & fauoris captator.

¶ Ab hereſis vt epaphereſis diereſis ſynereſis figurarū diuiſiōis noīa. Ab ann⁹
vt bieteris bieteridis.i.bienniū trieteris trieteridis.i. trienniū trietericus/ ca/
cuꝫ.quod tertio quoqꝫ fit anno vt trieterica feſta bacchi. Sil.li.iiij. Edonis vt
pangea ſup trieteride motu.Verg.in georg. Fertur & audito ſtimulāt trieteri
ca baccho. ¶ Sequundo excipiūtur octo & viginti dictiones in textu. ¶ Au= Auſterus.
ſterus auſtera auſterū durus & rigoroſus. Lucret.li.vj.Auſterum oſtendes
vultū velut hernicus infit. ¶ Crater crateris latū poculū.Verg.j.æneí.Cra= Crater.
teras magnos ſtatuunt & vina coronant.pro eodem & Cratera cratere dicitur
¶ Abdera oppidū thracie.Oui.in ibin. Aut te deuoueat certis abdera dieb⁹ Abdera.
¶ Cythera cytherorū ſine ſingulari mōs & inſula iuxta chretā.Verg.j.æneí. Cythera.
Hunc ego ſopituꝫ ſopno ſuper alta cythera. ¶ Cythere cytheres venus Auſo Cythere.
nius in epy.Nec bis cincta diana placet nec nuda cythere.Dicitur tñ & cythe=
rea ſequūda correpta.Verg.j.æneí.Parce metu cytherea manēt imota tuorū
¶ Poderis ſacerdotale veſtimentū caſulā galli vocant. Ennius labitur ad plā Poderis.
tas poderis iuppiter imas. ¶ Panther pātheris vel panthera panthere aīal plu Panther.
rimis variatum maculis.Bap.in epy.Nō ſe tam varijs maculis panthera colo
rat. ¶ Arcera currus vndiqꝫ clauſus Auſonius in epy.Supplicibus nymphis Arcera.
pluuias arcera vetabat. ¶ Seuerus ſeuera ſeuerū grauis& moratus quaſi ſatis Seuerus.
verus dictū volunt.Ouid. in faſt. Dulcia nec clymenes verba ſeuerus habet.
¶ Acheros acheri inſula ꝓpe cycladas.Valerius Flac.iiij. Nauibus aduerſis Acheros.
tandem ſulcatur acheras. ¶ Oemāthera hoim generatio.Lucre.li.x. Tot pe Oemanthe
cudum partus vix œmanthera ferebat. ¶ Megera infernalis furia.Ouidi⁹.de ra.
Triſti. Attonite trepidant anime bacchāte megera. ¶ Statera id quo res lan= Megera.
cibus pōderantur.Sedu.li.iij.Mandat iuſticies equa trutinare ſtatera. ¶ Ar Statera.
teria.rum. vel arteria arterię meatus eſt ſub gutture per quē ſpūs a pulmone Arteria.
trahitur & ab eodē remittitur.Lucre.lib.iiij. Aſperiora foris gradiēs arteria
clamor. ¶ Iberus fluuius hyſpanię.Lucre.lib.iiij.Qui preſtant terris infert Iberus.
tibi nomen iberus. ¶ Arceris ærea ſecuris qua ſacerdotes quondā hoſtias in Arceris.
ſacris mactabāt.Papinius in ſyluis. Arcerim excuſſit porrecta fronte iuuēc⁹.
¶ Procerus procera procerum eſt longus longa longum.Vergilius. ix. Ae= Procerus.
neidos. Proceram Aerata geſtabat cuſpide pinum. ¶ Chymera mōs lycie in Chymera.
cuius vertice ſylua eſt plena leonibus.in deſcenſu autem fecunda ſunt paſcua.
in valle vero ſūt paludes plene ſerpentibus ꝓpterea poete & dyalectici fingunt
eſſe monſtrum quod caput leoninum ventrem caprinum & pedes ſerpentinos
habeat. Ennius Bellorophon multa fregit virtute chymeram. ¶ Neæra mu= Neæra.
lier ruſtica fumoſa interpretatur. Vergilius ī Buccolicis. Infelix o ſemper ouis
pecus ipſe neæram. ¶ Cytheron mons boetie veneri & baccho facer. Papinius Cytheron.
ſequundo Thebaidos. Phebados & rauco reſonat clamore cytheron.
¶ Cauterius / vel cauterium illud eſt inſtrumentum quo notæ proditorum Cauterius.
frontibus imprimuntur. Cauteria autem nota ipſa vel impreſſio eſt. Manilius
libro ſequundo. Debita ſacrilegam tetigit cauteria frontem. ¶ Galerus ruſti Galerus.
canum capitis tegmen. Iuuena. ſaty. vj. Et nigrū flauo crinem abſcondere ga
lero. ¶ Centeria inſula centum continens vrbes ſicut creta iouis patria. Pro Centeria.
pertius. Non tales procerum ſenſus centeria nutrit. ¶ Sincerus ſincera ſince= Sincerus.
rum eſt purus/ & imaculatus. Prudentius in pſicomachia. Non venit obſcænū

Machera. ſincero/e/pectore carmen. ¶ Machera: bellicum inſtrumentum plumbeã claſuam nunc vocant. Catul. in epi. Cui conciſa graui fregerunt oſſa machera.

Cyperus. ¶ Cyperus arbor & herba latine liguſtrum. Ennius de bel. pu. Atq; vbi iam denſe ſimul acceſſere cypero. ¶ Soter ſoteris: ſaluator & ſotheria ſaluatio. Sedulius de euuange. Scripta prophetarum talem ſothera recludunt. ¶ Tertio excipiuntur neutra in erium terminata vt miſterium/baptiſterium/cœmiterium. &c. ¶ Hinc rurſus excipiuntur quattuor deducta a dictionibus in textu poſitis vt a glycos (id eſt dulcis) glyceri... (i. dulcis amor) Martia. in epy. Dat ſua f... rmoſe munera glycerio. Ab aſt... aſtra. i. ſtella aſterium. i. conſtellatio. Lucretius libro. vij. Aſteriu; mul... voluebant ordine longo. A Magiſter magiſterium. Tibullus. lib. iij. Quum mea ridebant vana magiſteria. A miniſter miniſterium. Vergilius in ſexto aneidos. Triſte miniſterium & ſubiectam more parentum.

## E: ante: ſ: in medijs.

E/ante/ſ. E: ſuper: ſ: curt... nt: hinc eſimus: eſis: & eſos:

Hebeſos: ancæſa: geneſa: galeſus: Ieſus:

Sic arceſius: & carcheſia: ſiue cabeſus:

Et lycabeſos: haleſinus atq; eccleſia: haleſus

Larneſus: vel marpeſus: megaleſia: opeſos:

Lyrneſus: magneſia: cum cyneſias: iſtis

Et cum myndeſos: mileſius: atq; maleſus:

Theumeſus ...icaleſos: etheſia: ſiue vageſus.

Terneſus: maſeſylij: pryneſia: aneſum:

Argigoreſa: ſimul coniunges: & titareſus.

E/ante/ſ/ in medijs corripitur vt geneſis epheſus nemeſis. &c. ¶ Excipiuntur primo numeralia in eſimus/eſima/eſimum. vt viceſimus/triceſimus/quadrageſimus. &c. ¶ Sequãdo excipiuntur nomina græca tertie declinationis quæ exeunt in eſis. & apud græcos per η ſcribuntur. quia apud latinos in/e/longum

ſemper vertitur vt diœceſis/poeſis/phronoeſis/& aſia cõplurima. ❡ Tertio exci
piuntur cõpoſita ex particula græca neſos.i.inſula vt pelopõneſus proconeſus
cherronneſus &c. ❡ Quarto excipiuntur due & triginta dictiones in textu
❡ Herbeſos:oppidum eſt prope hiblam. Silius.xiiij. Non herbeſos iners nõ Herbeſos.
emula fluctibus helbe. ❡ Ancæſa ſunt quecũq3 vaſa ſculpta & circũciſa. Sta Ancæſa.
tius de nuptijs ſtel. Fulgentes menſis pateras ancæſa decorant. ❡ Geneſa:op Geneſa.
pidum indie. Ouidius de triſtibus. Nunc mare feruet vbi pulchra geneſa fuit
❡ Galeſus fluuius laconie. Sta.in ſyluis. Et lacedemonij pecuaria culta galeſi Galeſus
❡ Ieſus per tres ſyllabas hebrea dictio latine ſaluator dicitur nec aſpiratio= Ieſus.
nem recipit. Baptiſt.lib.ij.parthenices ma. Strennuus indigenas populos abi
gebat ieſus. ❡ Arceſius vlyſſis auus & generale nomen ducis atticorũ. Oui= Arceſius.
dius.xiij.methamorpho. Nam mihi laertes pater:eſt arceſius illi. ❡ Carche Carcheſiu3
ſium latum poculum quo ſacerdotes in ſacrificijs vtebantur & pars ſuprema
veli. Valerius flaccus lib.iij. Ipſe ter equoreo libans carcheſia patri. ❡ Cabe= Cabeſus.
ſus oppidum indye. Cornelius de vita alexandri. Equora iam parue ſulcat vici
na cabeſo. ❡ Lybeſos mons atticus. Papinius.xij.thebaid. Vitibus & pigui Lybeſos.
melior lycabeſos oliue. ❡ Haleſinus fontis nomen in macedonia. Priſcianus Haleſinus.
in perihegeſi. Hinc & haleſinus fons eſt mitiſſimus vndis. ❡ Eccleſia græca di Eccleſia.
ctio latine congregatio clericorum poteſt explicari. Sedulius de Iudeis. Mul=
tiplices habuit genitrix eccleſia ritus. ❡ Haleſus fluuius ſicilie. Columella Haleſus.
libro vndecimo. Et quæ ſicanij flores legiſtis haleſi. ❡ Larneſus nomen vrbis Larneſus.
in armenia. Ouid.in faſtis. Temporibus veſtris retro larneſus abibat. ❡ Mar Marpeſus.
peſus mons in inſula parho hinc eſt marpeſius marpeſia marpeſium.i.duriſſi=
mus duriſſima mũ. Vergilius in.vj.æneidos. Q̃ ſit dura ſilex aut ſtet marpe
ſia cautes. ❡ Megaleſia megaleſiorũ ſine ſingulari ſolennia & ludi magne dee. Megaleſia.
Ouid.iiij.faſt. Inſtiterã quare primi megaleſia ludi. ❡ Opeſos:fluuius & op Opeſos.
pidum dalmacie. Ouidius primo libro triſti. Inde meſembriacos portus &
opeſon & arces. ❡ Lyrneſus phrygie oppidu3. Vergilius in.xij.æneidos. Lyr Lyrneſis.
neſi domus alta ſolo laurente ſepulchrum. ❡ Magneſia regio/vrbs & promõ Magneſia.
thorium indye. Ouidius in epiſtolis. Imbellem tenuis profert magneſia tur=
bam. ❡ Cyneſias vna cycladum. Manilius libro.iij. Claſſibus aduerſis cyne= Cyneſias.
ſias obuia venit. ❡ Myndeſos ſyrie oppidum. Cornelius de vita alexandri. Bel Myndeſos.
ligeros quondam pedites myndeſos agebat. ❡ Mileſius:populus iuxta indyã Mileſius.
Catullus in epy. Sunt veneris choree ſunt hic mileſia veſca. ❡ Maleſus mõs Maleſus.
phrygie. Lucretius libro ſeptimo. Oppida fumiuomo nonſunt ſubiecta ma=
leſo. ❡ Theumeſus:mons thebanus. Papinius libro.vij. Theumeſu3 rapidis Theumeſ9
conſcendit greſſibus heros. ❡ Micaleſos promonthorium argiuorum. Sta= Micaleſos.
tius in ſyluis. Exigitur preceps micaleſi littora circum. ❡ Etheſia ventus ſpi= Etheſia.
rans ante ortum canicule ſed etheſie pluraliter(vt ia3 dixiſſe memini)rectius
inflectitur. Plures eñ nominis eius ſunt venti. Lucilius tamen libro quinto
ait. Cũ cane ferales deducit etheſia morbos. ❡ Vageſus mons & oppidum ca Vageſus.
labrie. Silius in decimo. Iam longinqua procul repetebant arua vageſi.
❡ Thermeſus:fluuius lybie. Priſcianus in perihegeſi. Thermeſi vitream ra= Thermeſ9.
pidum preternatat vndam. ❡ Maſſyllij populi cappadocie. Baptiſta de donyſio. Maſſilij.

Prynneſia. Anæſon. Argiraſa. Titareſus. Hinc maſæſylias directo tramite gẽtes. ¶ Prynneſia: fluuius myſie. Lucretius libro. xij. Et quas magnus aquas quondam prynneſia fudit. ¶ Anæſum herbæ nomen. Columella libro. vij. Cum loto taxoq; frequens miſcetur anaſum. ¶ Argiraſa: oppidum atholie. Cornelius de vita alexandri. Argiraſa viris fulgentia ſpicula mittit. ¶ Titareſus: fluuius grecie. Lucretius libro ij. Hic voluit titareſus aquas & gurgite paruo.

## Documentum.

Pleureſis: & phreneſis: matheſis: pro carmine muta.

Pleureſis. Phreneſis. Matheſis. ¶ Tres dictiones in textu mediam habent communem. ¶ Pleureſis: dolor laterum. Macer de virtu. herba. Coſtarum quam pleureſim vocat attica lingua. Prudentius ad damaſſum. Hei mihi vtrũq; latus genitori pleureſis vrget. ¶ Phreneſis: furor capitis. Martialis libro quarto. Declamas i febre mathon hanc eſſe phreneſim. Serenus. Ex vitio cerebri phreneſis furioſa mouetur. ¶ Matheſis: diuinandi ſcientia. Baptiſta contra impu. ſcribentes. Sunt ſophie partes eſt ingenioſa matheſis. Sedulius de laude marie. Nec vetita quiſq; matheſi tua pignora tentet.

## E: ante: t: in medijs.

E/ante/t. E: t: moror: ducta: annus: ethon: vel etas: areteq;

Aſcletos: aſcletypus: macetes: cynetes: amethyſtus:

Darcetis: arteticus: hecatebeletes: arethuſa:

Herpeta: cercetius: haliæetus: heſperethuſa:

Etheretes: achete: iapetus: phlegeton: phaethuſa:

Maſſagetes: oretæ: magete: vel acrenetus: iſtis

Hereticus: cum lampetie: cryſendeta iunges

Cum nemeta: nepeta: heluetij: vegeto: venetuſq;:

Lucetia: atq; pareneticus: vel pometiorum:

Thyrſagetes:vel taygetus:vel pleureticorum:

Lucetius:cum pencetio:quod ſplendat agatur.

¶ E/ante/t/in mediis producitur.vt paracleto paracletas.i.aduoco vel conſo
lor.paracletus.i.aduocatus vel conſolator caue ne cum ſtulto imperitorum
vlu.paraclitus per/i/in tertia ſyllaba proferas quia infamen ſignificat quod
ſpirituiſancto attribuere nepharium puto.vt in apologia ...ius oſtendi. ¶ Ex
cipiuntur primo compoſita ex breuibus vt impetus impeto pedetentim.&c.
¶ Secundo excipiuntur compoſita a nomine annus vt bieteris/trieteris/bie
tericus/trietericus.&c. ¶ Tertio excipiuntur compoſita a tethon.i.poſitio vt
epytethon/antitheton/aſyntheton.&c (que figurarum ſunt nomina) ¶ Quar
to excipiuntur nomina tertie declinationis que in etas exeunt. vt ſatietas/pie
tas ebrietas.&c. ¶ Quinto compoſita cum ſimplici arethe.i. virtus vt arethu
ſa/panaretus/aretalogus.&c. ¶ Sexto excipiuntur nouem & triginta dictio
nes in textu. ¶ Aſchetos vel aſchetus nomen equi. Baptiſta de al. Aſchetus — Aſchetos.
inde volat rapidis quaſi percitus alis. ¶ Archetypus archetypa archetypum — archetypꝰ.
exemplaris quaſi principialis forma vt que ab authore primo prodijt. Iuuena
lis ſaty.ij Et iubet archetypos pluteum ſeruare cleanthas. ¶ Macetes vel ma — Macetes.
ceta populus macedonie. Statius in achil. Quod macete ſua tela ciet quo tur
bine ceſtum. ¶ Cynetes cynetis muſca que longis cruribus roſtrum in capi — Cynetes.
te habens inter paludes ægypti & indye naſcitur. Lucretius libro nono. Ne
cynetes duro perrūpat corpora roſtro. ¶ Amethyſtus lapis qui geſtantem ab — amethyſtꝰ
ebrietate preſeruat. interpretatur enim ſine ebrietate. Vergilius in priapeis. Quod
ſi forte velim potare amethyſte iuuabis: ¶ Darcetis: femina q in piſcē verſa ē. — Darcetis.
Ouidius.iiij.methamorpho. Darceti quam verſam ſquāmis velantibus artus
¶ Arteticus artetica arteticum fluens inter carnem & cutem. Macer de vir — Arteticus
tu her. Quem grauat artetici nimium violentia morbi. ¶ Hecatebeletes apol — Hecatebele
lo ſic dictus ꝙ centum animalium immolatione ei ſacrificaretur. Lucilius — tes.
lib.vij. Mox hecatebeletes purā ſufflauit in aurem. ¶ Herethuſa nymphæ no — Harethuſa
men. Catul. ad euandrum. Non me cachelides non heretuſa tenet. ¶ Herpeta — Her peta.
morbus qui teſticulos imminuit. Corne. de vita alexandri. Quā miſerum eſt tā
tam grauis opprimit herpeta mentem. ¶ Cercetius :populus thracie. Pri — Cercetius.
ſcianus in perihegeſi. Cercetij ſua regna tenent ſua iura tuentur. ¶ Haliæetus: — Halixetus.
nomen auis. Baptiſta in epygrammatis. Multus & argutis haliæetus inſonat
agris. Tu tamen per quattuor ſyllabas id nominis haliæetus proferre potes.
ſed tunc penultima producitur. ¶ Heſperethuſa:nymphæ nomen. Martialis — heſperethu
in epiſt. Si forſan neſcis heſperethuſa vocor. ¶ Eteretes ſunt cretenſes. Siliꝰ — ſa.
decimo quarto. Eteretum cunctos non fauſta ad prelia minos. ¶ Achete — Eteretes.
achetes eſt cicada. Catullus ad leſbiam. Plurima nocturnis achete reſonabat — Achete.
in herbis. ¶ Iapetus nomen regis appulie: & pro vento ſumitur. Ouidius — Iapetus.
primo Methamorpho. Quam ſatus iapeto mixtam fluuialibus vndis.

Phlegeton ¶ Phlegeton phlegetontis infernalis fluuius ſemper ardens explicatur. Ver
Phaetuſa. gilius in ſexto. Tartareus phlegeton hic ſaxa ſonãtia torquet. ¶ Phaetuſa ſo
lis filia. Ouidius ſequundo Methamorpho. Plangorem dederant equis phae-
tuſa. ſororum. poteſt tamen per tres ſyllabas proferri phetuſa ſicut eius frater
Maſſage- phaeton per duas pheton. ¶ Maſſagetes vel maſſageta populus ſcythie. Si-
tes. lius libro tertio. Nec qui maſſagetem monſtrans feritate parentẽ. ¶ Orethæ
Orethæ. populi thracie. Priſcianus in perihegeſi. Fluctuat equoribus: necnõ oretheq3
Magete. feroces. ¶ Magete populi ſcythie. Seneca de hercule furem. Nullius tantos
magete furores (Saphicu3 eſt). ¶ Acœnetus qui communitate neglecta ſuã
Acœnetus ſolius curat vtilitate3. Iuuenalis ſatyra. ſeptima. Diſcipuli cuſtos p̃mordet ace
netus ipſe. ¶ Hereticus hereſeos defenſor. Sedulius de fide Hereticos ſtatuit
Hereticus. flammis vitricibus vri. ¶ Lampetie lampeties filia ſolis. ¶ Propertius libro
Lampetie. tertio. Pauerat hos phœbo filia lampetie. ¶ Cryſendetum. vas aureum vel
Criſendetũ ſaltem auro inuolutum. Martialis libro ſeptimo. Ponũtur ſemper cryſendeta
Nemeta. calpetiano. ¶ Nemeta nomẽ fontis aſſyrie. Stati in ſyl. Augmentum neme-
Nepeta. ta ſumente fugantur ad amnem. ¶ Nepeta nomen herbe. Serenus Si pla-
Heluetij. gis nepetam ſolers coniunxeris vilis. ¶ Heluetij populi quos ſuitenſes vocãt
Vegeto. Baptiſta de exhortatiõe Heluetij tibi dura acuũt venabula & enſes. ¶ Vege-
to vegetas eſt creſco creſcis. Sedulius de confeſſo. Vita dum preſens vegetaret
Venetus. eius (Saphicũ eſt). ¶ Venetus populus maricola vrbes eñ mari fundatas in-
colit. Baptiſta de Alphon. Reddita ſunt veneto tandem vexilla leoni. ¶ Luce
Lucetia. tia oppidum venetie. Tibullus libro. iij. Lucetie portus infauſta puppe ſecabis
¶ Pareneticus qui furorem ex humiditate cerebri contrahit. Serenus. Iunge
Parenetic⁹ pareneticos quibus eſt infeſta cerebri. ¶ Pometij pometiorum italię oppidũ.
Pometij. Vergilius in ſexto Aeneidos. Pometios caſtrumq3 iui bolamq3 coramq3.
Tyrſagetes ¶ Thryſagetes populus ſcythie baccho imprimis deditus. Valerius Flaccus
Taygetes. libro ſexto. Thyrſagetem cinctumq3 vagis poſt terga ſilebo. ¶ Taygetus mõ
Pleuretic⁹ tis nomen. Lucilius libro tertio. Taygeto bellis pubes exercita venit ¶ Pleu
reticus qui pleureſim patitur. Macer. de virtu. her. Pleureticũ multo tu vix
medicamine ſanes. ¶ Lucetius apud thuſcos eſt iuppiter ꝙ lucem nobis pre-
beat. Vergilius nono Aeneidos. Lucetium porte ſubeuntem igneſq3 ferentẽ.
¶ Pencetius oppidũ ſilicie. Ouidius. xiiij. Methamorphoſeos. Pencetioſq3
ſinus meſapiaq3 arua relinquit. ¶ Spleneticus qui dolorẽ ſplenis patitur. Ma
cer. de virtu. her. Spleneticus nimio neſcit ridere dolore.

## Documentum.

## Tu vietus temetum pones vt metra requirunt.

¶ Due dictiones in textu mediam habent communem. ¶ Vietus vieta vie-
tum qui nature viribus deſtituitur vt in maxime egrotis fieri ſolet. Lucreti-
us libro tertio. Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vietum. Horatius in epodo
ode. duodecima. Quis ſudor vietis & ꝙ malus vndiq3 membris. ¶ Temetu3
forte & indomitum vinum quaſi mentem teneat atq3 impediat. Catullus ¶

calua. Non viuos temeti calices haurire timebit. Martialis in epiſto. Mox ſurrentini trulas ciatoſq₃ temeti.

### E/ante/v/in medijs.

E.ante.u.

E/ſuper/v/produc: tamen iſteuones. breuiatur.

¶ E/ante/u/in medijs longat vt paraſceue longeuus primeuus &c. Sed iſteuones populi nomen corripitur. Baptiſta de exhor. Iſteuones longis incurrãs quominus haſtis.

### E in vltimis ſyllabis.

E Breuia prime & quinte cum compoſitiuis.

E.i vltimis ſyllabis.

Nomina vel plurale ſimul monoſyllaba produc.

¶ E/in vltimis ſyllabis corripitur vt domine Criſte dilige &c. ¶ Excipiuntur primo nomina prime declinationis quia vbicumq₃ habent /e/ in fine illud producũt. ¶ In nominatiuo vt penelope/grammatice/logice/ &c. ¶ In genitiuo & datiuo vt epiſtole pecunie virge. &c. ¶ In vocatiuo & ablatiuo: vt o anchiſe manaſſe ebdomade. &c. ¶ In nominatiuo & vocatiuo pluralibus vt beſtie puelle femine/ &c. ¶ Sequundo excipiuntur ablatiui nominum quinte declinationis cum eorum cōpoſitis aduerbijs vt ſpecie/re/die. Vnde ſunt quare pridie poſtridie hodie quotidie &c. ¶ Tertio excipiuntur nomina in/e/pluraliter tantum declinata vt tempe/cete/meſe/ &c. ¶ Quarto excipiuntur dictiones monoſyllabe vt/me/te/ſe/pre/de/e/he/ &c.

### Documentum.

Longat quinta fame: tamen & fame tertia curtat.

¶ Declinabant antiqui hec fames famei per quintam declinationem. Noſtri vero fames famis per tertiam inflectunt. Vnde fit vt ablatiuus fame nunc poſteriorem producat. nunc vero corripiat. Vergilius in ſexto Aeneidos. Obijcit ille fame rabida tria guttura pandit. Auſonius in epygrammatis. Non fame ſollicita tales adigans ad vſus.

### Documentum.

Que fini componuntur monoſyllaba curto.

¶ Quando ſyllabice adiectiões in /e/ componuntur in fine dictionis corripiū tur: vt huiuſce/ tute/ ſuapte/ tuapte &c. Lucretius libro primo. Accipe ꝑterea quæ corpora tute neceſſe eſt. Idem libro nono. Hoſce dedit fleuitq; abiens de pectore queſtus.

Documentum.

Omne doce longum eſt: niſi tertia flexerit olim.

¶ Verbū actiue vocis ſequūde cōiugatiōis īdicatiui modi. iſ. pſone ſingularis nūeri pn̄tis tēporis ſicut doce/ moue/ ſtude &c. Vltimā ſemp ꝓducit. At q̄m verba ſequunde coniugatiōis quæ habent /e/ immediate ante /o/ fuerunt olim tertie eorum q̄titas apud poetas adhuc ſepe remanet vt a cauo cauis. Horat. in epi. ait. Viue/ vale / caue/ ne/ titubes mādataq; frangas. A vido vidis. Perſi. inquit ſatyra. prima. Auriculas vide ſis ne maiorum tibi forte. A valo valis. Ouidius ſcribit primo triſtium. Idq; quod ignoti faciunt vale dicere ſaltem. Quoties igitur hæc & ſimilia verba offendis ad tertiam refuge coniugationē Nam Vergilius in ſexto Aeneidos ſcribit. Ille autē paribus quas fulgere cer nis in armis. A fulgo fulgis. Et idem ſequundo georg. Ait. Feruere leucatē paribus que effulgere in armis a feruo feruis & effulgo effulgis. Tu tamē ca ue imitari niſi in tali & tanto opere quale & quantum eſt illud in quo id illi fa ciunt.

Documentum.

Nomine de flexus aduerbia ducta ſequundi.

Siue gradus: ſeu non habeant moror irrita demam.

¶ Aduerbium in /e/ deſcendens a nomine ſequunde declinationis ſiue poſiti ui ſiue ſuperlatiui ſiue nullius ſit gradus comparationis vltimam producit vt pulchre pulcherrime docte doctiſſime recte rectiſſime. &c. Item eximie/ pie/ egregie/ &c. Dico autem deſcendens a nomine ſequunde declinationis quia alioqui vltimam corripit vt dulce leue/ molle/ pro dulciter leuiter molliter. Ita ſepe/ mane/ rite/ nempe/ quippe/ & ſimilia ſuperlatiuum tamē ſemper produces Tria vero irrita & irregularia ſunt / bene/ male/ & mage/ quæ ī poſitiuo vltimā breuiant exemplorum referta ſunt vbiq; omnia.

Documentum.

Duc ferme/ atq; fere/ bacche/ atq; pape ſimul ohe.

Ferme. ¶ Quinq; dictiones in textu poſteriorem ſyllabam longāt. ¶ Ferme, i. quaſi

Iuuenalis ſaty.vj. Mobilis & varia eſt femme natura malorum. ¶ Fere. Idem Iuuenalis ſaty.tertia. Nulla fere cauſa eſt in qua non femina litem. ¶ Bacche interiectio bacchantium. Horatius libro tertio. Vſq; ad mala citaret io bacche modo ſumma. ¶ Pape interiectio admirantis. Perſius ſaty.quinta. Marcus damma pape marco ſpondente recuſas. ¶ Ohe interiectio ſatietatem indicantis. Martialis libro vlti. Ohe iam ſatis eſt ohe libelle (Phalenticum eſt). Fere. Bacche. Pape.

## Differentia.

### Quæ cum dipthongo duces: ſine qua breuiabis.

¶ Quæ nomen dipthongo ſcribitur & ita ſemper produci debet. Sed que coniunctio dipthongo caret & ſemper corripitur. Statius in Thebaid. iiij. Que variat fortuna vices hominū que deū que. Nec vllo modo mihi probantur qui coniunctionem per titellum/q;/ & nomen per/e/(que) ſcribunt quia nulla eſt ſine vocali ſyllaba. Quæ. Que.

## Differentia.

### Curto/ne/dum querit: ſed ne per cetera duco.

¶ Ne varias habet ſignificantias: ſed quando interrogat ſicut vtrum corripitur. Verg. in primo Aeneidos. Tanta ne vos generis tenuit fiducia veſtri; ſed pro alijs ſignificatis vt affirmando vel prohibendo producitur. Perſius ſatyra prima. Ne mihi polydamas & troiades labeonem. Verg. vj. Aeneidos. Tu ne cede malis: ſed contra audentius ito. Ne. Ne

## Differentia.

### Curto ve disiungens: ſed longo ve maledicens.

¶ Ve coniunctio encletica breuiatur. Ouidi. de nuce. Non ventus fraudi ſol ve gelu ve fuit. ¶ Sed ve interiectio execrātis vel maledicētis ꝑducitur. Perſi. ſatyra. v. Ve niſi conniues oleum artocreaſq; popello. Ve. Ve.

τέλος.

In te IESV ſpes mea recumbit.

## Petri Pontani Cæci Brugenſis In Artem Verſificatoriam Liber Quintus.

### De littera:I:in primis:medijs:& vltimis ſyllabis.

### I:ante:b:in primis.

I/ante/b/ in primis.

ANTE B corripis:i:primis:hic fibula vibex
Hybernus : ſcribo : libethrus: tibia:libo:
Sybia:viburnum: ſcriblita: & ſibilus:ibis:
Vibius:& tybur:vel tribula:hybernia:mutant.

Fibula. Vibex. Hybernus Scribo. Lybethr⁹. Tibia. Libo Sibia Viburnum Scriblita. Sibilus.

¶ I/ante/b/in primis corripitur.vt tribulus/lybia/liburnū.&c. ¶ Excipiunt quindecem dictiones in textu. ¶ Fibula ſpinter:quo mulieres ſe ornāt.Vergilius.iiij.aneid. Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtē. ¶ Vibex vibicis ſignum in cute poſt verbera relictum. Perſius ſaty.v. Si puteal multa cautus vibice flagellas ¶ Hybernus hyberna hybernum.hyemalis & frigidus. Baptiſta in bucco.Hęc pater hybernos nobis recitabat ad ignes. ¶ Scribo mitto vel litteras formo.Perſius ſaty.i.Scribimus incluſi numeros ille hic pede liber. ¶ Hæc lybethrus vel hæc lybethra.mons & fons boetie qui r[illegible]ſis conſecratur Rufus in arato.Et deuota virum tegeret lybethra perempti[illegible]. ¶ Tibia muſicum inſtrumentum vel pars corporis.Statius.vij.theba[illegible] Tibia cui teneros ſuetus producere manes. ¶ Libo libas.leniter prebeo v[illegible]ſico.Perſius ſaty.ij. At bona pars procerum tacita libabit acerra. ¶ Sibia. vrbis/fluuij/& poculi nomen.Calphurnus in bucco, Sibia quam voluit geſtet mea ſibia lympham. ¶ Viburnum paruum virgultum.Vergilius in bucco.Quātum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. ¶ Scriblita ſpecies libi quam ignari tartā vocant.Martialis libro.iij.Circumlata diu menſis ſcriblita ſecādis. ¶ Sibilus flatus.Verg.in bucco.Nam neq̄ me tantum venientis ſibilus

auſtri. ¶ Ibis ibidis ciconia. Iuuenalis ſaty.xv. Pars hæc illa pauet ſaturaꝫ ſer Ibis.
pentibus ibiꝫ. ¶ Vibius vibia vibiũ.i. duplicis vite ſicut ancer anaſqꝫ quia tã Vibius.
in terra ꝙ in aqua vitam habet. Statius.iij.ſyluarũ. Vibia cur magnos equãt
animalia diuos. ¶ Tybur tyburis oppidũ italie. Silius lib.viij. Hinc tybur ca Tybur.
tille tuum ſacriſqꝫ dicatum. ¶ Tribulum tribuli vel tribula tribule: ruſticuꝫ Tribulum.
inſtrumentum ad radendam & conterendam frugem in area. Vergilius prio
georgi. Tribulaqꝫ traheeqꝫ & iniquo pondere raſtri. ¶ Sequundo excipitur
nomen hybernia quod primam habet ancipitem. Eſt autem inſula anglie vici
na inter ſeptentrionem & occidenteꝫ. Lucretius librõ.xj. Frigida ꝙ ſubitum
nacta eſt hybernia ſolem. Baptiſta de alphonſo. Eſt locus ex ipſis vocitatur hy
bernia rebus.

## Differentia.

Mobile vel bacchus duc liber: cetera curta.

¶ Liber quadrifariam accipitur. ¶ Primo enim eſt non ſubiectus & nõ obli- Liber
gatus adiectiuum. ¶ Sequũdo eſt bacchus: deus vini vel ipſum vinum. & his Liber.
duobus modis priorem producit. Perſius ſaty.v. Liber ego vnde datum hoc
ſumis tot ſubdite rebus. Vergilius in bucco. Liber pampineas inuidit collib9
vuas. ¶ Tertio eſt volumen litterarum. ¶ Quarto eſt cortex arboris & his Liber
duobus modis priorem corripit. Horatius de arte poetica. Hic meret æra liber Liber
ſoſijs hic & mare tranſit. Vergilius in bucco. Aret ager ſicca moriẽs liber aret
in vlmo. ¶ Dic ergo puer. Optimus ille liber quo viuis crimine liber. Item
Non creſcit liber qui riget orbe liber.

## I: ante: c: in primis.

Curtat: i: c: vates: ſicus: dica: icarus: icon: I/ante/c.

Vicus: picenum: lychen: ſicedula: picus:

Mica: ico: nice: pſyche: vel licia: picus:

Sicut: ſiciliquus: picĩnus: ſpicula: ſycos:

Picaq; cum ſica: trica: ſicelia: ſpica:

Et que viginti: trigintaq; dant remoramur.

¶ I/ante/c/ in primis corripitur vt vicium/ ſico/ mico. &c. ¶ Excipiuntur
n j.

**Ficus** primo quinq3 & viginti dictiones in textu. ¶ Ficus arb[illegible] fructus/ & mor=
**Dica** bus. Martialis in epy. Cum dixi ficus rides quaſi barbara verba. ¶ Dica obli=
gatorium illud eſt in quo debita notantur. Catullus in epy. Glubis ad vſq3 mi
**Icarus** ſer redimes quo peſſime dicam. ¶ Icarus: dedali filius. & pro quouis teme=
rario accipitur. Nota eſt fabula. Ouidius primo triſtium. Icarus icarias noie
**Icon** fecit aquas. ¶ Icon iconis figura ad alterius ſimilitudinem formata. Manili⁹
**Vicus.** libro. iiij. Non bene colloquijs iſtis tuus adſonat icon. ¶ Vicus pagus vel via
**Picenum** rum tranſitus. Baptiſta in bucco. Tempeſtiua dedit toti ſpectacula vico. ¶ Pi
cenum regio italie. Lucilius libro. vij. Q̄ꝙ piceno diues locuplete teneris.
**Lychen** ¶ Lychen morbus qui a mento incipiens totum corpus inficit quare & mē
tagra dicitur. Auſonius in epygram. Iam tua tabificus ſerpit per viſcera ly=
**Ficedula.** chen. ¶ Ficedula auis nomen de quo ſupra. Martialis in epy. Mergere ficedu
**Picus** las didicit nebulone parente. ¶ Picus vo[illegible]ris grandiſſima grifoni parum diſ
ſimilis. Ouidius. xiiij. methamorphoſeos. [illegible]cus in auſonijs proles ſaturnia
**Mica** terris. ¶ Mica eſt cuiuſlibet rei minutum fragmentum. Martialis libro. ij.
**Ico** Mica vocor ꝙ ſim ſeruis cenatio parua. ¶ Ico icis percutio. Catullus ad gel
**Nice.** lium. Infeſtum telis icere muſca caput. ¶ Nice nices victoria quod in cōpoſi
tione frequentiſſime reperitur vt nicolaus. i. victor populi nicopolis victorio
**Niciteriū.** ſa ciuitas. ¶ Niciterium victorie premium. &c. Iuuenalis ſatyra. iij. Et ceroa
**Pſyche** matico fert niciteria collo. ¶ Pſyche pſyches animam & amicam ſignificat.
**Licium** Lucilius quinto. Hanc ego non pſychen toti ꝑponere mū do. ¶ Licium ex=
trema pars tele vel panni. Lucanus libro. x. Vt mos eſt pharijs miſcendi licia
**Phycus.** telis. ¶ Phycus phycūtis. oppidum & promonthorium in pontho. Lucanus
**Sicut.** libro. ix. Impulit ac ſeuas me[illegible]um phycūta rapinas. ¶ Sicut ſicuti aduerbiū
ſatis notum & quicquid ſimilis eſt compoſitionis vt ſicuti ſicubi ſicūde. Pru=
**Siciliquus** dentius de anima. Sicut em̄ locuples ita pauper ad æthera ſcandit. ¶ Sicili=
quus menſura ſex ſcrupula continens. Philelphus ſaty. xx. Siciliquos tantu3
**Picūnus.** binos ex aſſe reducunt. ¶ Picunnus herbe nomen. Columella libro quinto.
**Spiculum.** Multus odorifere coeat picūnus oriſſe. ¶ Spiculum haſte genus. Baptiſta cō
**Sycos.** tra impudice ſcribentes. In mores acuunt ſpicula multa pios. ¶ Sycos vel ſy=
ca latine ficus dicitur. Martia. li. v. Quadraginta ſecat qui dicit ſyca merice.
**Pica.** ¶ Pica auis ſatis nota. Martialis in epi. Pica loquax certa dominum te vo
**Sica** ce ſaluto. ¶ Sica breuior gladius a ſecando ſic dictus quem graſſatores bacu
lo includere ſolent. Martialis libro. iij. Quodq3 tibi tribuit ſubula ſica rapit.
**Trica.** ¶ Trica trice vel trice trices oppidum crete & alterum appulie, ſumiturq3 pro
quauis re vili & nullius momenti. Seneca in heccuba. Parua cortyne ſteri=
litq3 trice (Saphicum eſt) Martialis in epy. Sunt apine triceq3 & ſiquid vilius
**Sicilia.** iſtis. ¶ Sicilia regio. Cornelius de vita alexādri. Hæc crementa tulit magnis
Sicilia campis. Siculus tamen corripitur. Vergilius primo æneidos. Vix e cō
**Spicus.** ſpectu ſicule telluris in altum. ¶ Spicus ſpica ſpicum. tria ſunt ſubſtantiua
eiuſde3 ſignificantie & ſpiratis ariſtam enim ſignificant. Manilius libro. iiij.
Q̄ denſus noſtro fruticatur ſpicus in [illegible]uo. Baptiſta in buccolicis. Et iam tri
ticeas cogebar in orrea ſpicas. Cicero in arato. Spicum illuſtre ferens inſigni
corpore virgo. ¶ Sequundo excipiuntur deriuata a viginti & triginta vt vice

ſimus/vicenus/vicies/triceſimus/tricenus/tricies.&c.Papinius in ſyluis. Fortibus his dextris viceſima turba dabatur.

## Documentum.

Ticinum varia: cui rite ſicania iungam.

¶ Due dictiones in textu primam habent communem. ¶ Ticinus fluuij nomen a quo oppidum illud dictum eſt ticinum quod nunc papiam vocant. Silius libro primo. Dum romana tue ticine cadauera ripe. Sidonius in.iij.panegyrico. Vltima iam claros querunt poſt damna ticini. ¶ Sicania regio quã nunc ſiceliam nunc trinacriam & ſepe triquetram appellant. Ouidius.xiij.methamorphoſeos. Sicania tribus hæc excurrit in equora linguis. Lucretius libro.xv. Pandit frugiferos variata ſicania portus. Ticinus. Sicania.

## Differentia.

Produco terne: ſed corripio dico prime.

¶ Dico dicis tertie cõiugationis priorem producit. Vergilius in buccolicis. Alterius dicetis amant alterna camene. ¶ Sed dico dicas inflectionis prime eſt confirmo/copulo/ſacro/& eandẽ corripit. Vergilius.j.ænei. Connubio iũgam ſtabili propriamq́ȝ dicabo. ¶ Dic ergo puer. Laruis corda dico quoties periuria dico. Dico Dico

## I: ante: d: in primis.

I: d: moror: ſed vi: didius: didyme: cidicini: I/ante/d.

Et didymus: cnidos: atq́ȝ fides: ideo: vel hydaſpes

Ac idioma: quidem: rhidium: mida: idoneus: inde

Sic hydor: aut idiota: & idume: nos breuiamus.

¶ I/ante/d/in primis producitur vt idus/pridem/fidus.&c. ¶ Excipiuntur primo omnia quæ habent vi ante/d/vt video/viduus/videor.&c. ¶ Sequũdo excipiuntur ſedecem dictiones in textu. ¶ Didius cæſar Romanus impe- Didius.

Didyme. rator. Philelphus in ſaty. Quæ tantum noſtre didium bona ſecula genti. ¶ Di
dyme didymes vna ex æolijs inſula prope ſeciliam. Ouidius ſeptimo Metha-
Cidicini. morphoſeos. At non olearos didymeq3 & thenos & andros. ¶ Cidicini po-
puli campanie. Silius libro quinto. Nec cidicina cohors deſit viridaſius armat
Didymus. ¶ Didymus eſt geminus quo nomine apud gentiles apollo. Apud nos vero
Thomas Apoſtolus dictus eſt. De priore. Martialis libro tertio. Plus habuit
didymus plus philomelus habet. De poſteriore. Sedulius libro quinto. Cui
Cnidos. didymus cognomen erat myſteria ſancte. ¶ Hæc cnidos vel hæc cnidus cni-
di oppidum phrigie. Lucanus libro octauo. Aura fluēs cnidon inde fugit cla
Fides. ramq3 relinquit. ¶ Fides fidei eſt dictorum conuentorumq3 conſtantia & ve
ritas. Vergilius in primo Aeneidos. Cana fides & veſtra remo cū fratre qui
rinus. Sed fides fidis tertie declinatiōis eſt corda cythare vel ipſa cythara. Ba
Ideo. ptiſta. j. parth. catha. Verſus in ethiopē fidibus ſpoliatus & arcu. ¶ Ideo con
iunctio ſatis nota. Ouidius de Triſtibus. Non ideo noſtris ſunt inimica viris.
Hydaſpes. ¶ Hydaſpes fluuius indie lucanus lib. ſexto. Qua rapidus ganges & qua ny-
Idioma. ſeus hydaſpes. ¶ Idioma idiomatis ſermo ſiue loquutio. Sedulius de Aſcen-
Quidem. ſione. Vocibus miris idioma cepit (Saphicum eſt). ¶ Quidem coniunctio ſa
tis nota. Sedulius libro tertio. Iuſta quidem merces noſtro eſt promiſſa labo
Rhidium. ri. ¶ Rhidium genus vaſis quod anguſto fundo ampliū habet orificium. Mar
Mydas. tialis libro ſequundo. In rhidio poteras phœbe lauare pedes. ¶ Mydas vel my
da huius myde rex fuit phrygie & pro quouis turpiter auaro ſumitur. Papi-
Idoneus. nius in ſyluis libro ſequundo. Viue myde gazis & lydo ditior auro. ¶ Idone-
us conueniens & aptus. Horatius in Epiſto. Hæc ego procurare & idoneus im
Hydor. peror & non. ¶ Hydor aqua latine dicitur & in compoſitione frequentiſſi-
mum eſt: ſicut hydropicus hydria hydroporus &c. Seneca in tragedijs. Non
Idiota. hydor noſtros fugiat per hortos (Saphicū eſt). ¶ Idiota illiteratus & nihil
Idume. aut parum ſciens. Baptiſta in Epygrāmatis. Hęc te qui docuit non idiota fuit.
Idume idumes pars regionis iudaice. Lucanus libro tertio. Gaſaq3 & arbu-
ſto palmarum diues idume.

## Documentum.

## Fidena & cydon vates mutare ſinuntur.

Fidena. ¶ Due dictiones in textu primam ſyllabam habent communem. ¶ Fidena
oppidum italie. Vergilius in ſexto Aeneidos. Hic tibi nomentū & gabios vr-
Cydon. bemq3 fidenā. Iuuenalis ſaty. vj. Viuat fidenis & agello cedo paterno. ¶ Cy
don oppidum crete & alterum phœnecie populuſq3 iſtorum incola. Vergili⁹
decimo Aeneidos. Dumq3 ſequens clytium infelix noua gaudia cydon. Sili.
libro ſequundo. Geſaq3 latraturq3 cydon tectumq3 ſociq3 quod in deriuatis
quoq3 ſicut cydonius cydonia cydonium & cydonis cydonidis obſeruandum
eſt. Nam vergili. lib. quarto Aeneidos ait. Cydoniam picto clamidē circun-
data ſymbo. Martialis vero ſcribit in diſtichis. Sit tibi ceropio ſaturata cydo-
nia melle.

### Differentia.

## Hoc breuiatur idem: ſed mas producitur idem

¶ Idem generis maſculini priorem producit. Prudentius libro.iiij. Forti ui ue animo quoniam deus omnibus idem eſt. ¶ Sed idem generis neutrius eā dem corripit. Baptiſta. j. partheni maria. Semper idem ſentire omneis & ama re neceſſe eſt. ¶ Dic ergo puer. Ius tibi fertur idem ſanctis modo vixeris idē. Idem. Idem.

### I: ante: f: in primis.

## I: ſuper: f: breuiant ſimplex & compoſitiuum. I/ſup/f.

¶ I/ante/f/in primis corripitur tam in ſimplici ꝙ in compoſito vt rifus/ifo/ci fus.&c. Biformis/triformis.&c. Simplicia tamen per ph aſpiratū ſcribi poſſe non inficiabor.

### I: ante: g: in primis.

## Ante: g: corripis: i: pigargus: frigeo: piga: I/ante/g.

## Et fligo: bige: trige: digentia: flige:

## Viginti: frigo: ſigenum: phrygia: ſtigo:

## Triginta: & trigon: figo: friguillaq; duces.

¶ I/ante/g/in primis breuiatur. vt piger/niger/ligor. &c. ¶ Excipiuntur de- cem & ſeptem dictiones in textu. ¶ Pigargus: cauda alba interpretatur. eſt enim aut auguilla aut ſylueſtris capra albam habens caudam. Iuuenalis ſaty- ra.xj. Summe cum magno lepus atq; aper & pigargus( Spondaicus eſt ver- ſus ) ¶ Frigeo: verbum ſatis notum. Perſius ſatyra.iij. Non frigent viſa eſt ſi forte pecunia ſiue. ¶ Piga rei ſiue anterior ſiue poſterior extremitas. tranſlati- ue autem pro mentula & natibus ſumitur. Horatius ſatyra.ij. libro primo. Ne nūmi pereant aut piga aut deniq; phama. ¶ Fligo fligis concutio. ſed in compoſitione magis reperitur vt confligo/affligo/profligo/defligo. &c. Clau dianus ad adria. Flectit & aſſuetum ſpolijs affligit egeſtas. ¶ Bige bigarum currus qui duabus rotis agitur. Lucretius libro.xj. Suetus olympiacum

Pigargus. Frigeo. Piga. Fligo. Bige.

Trige — bigas agitare per orbem. ¶ Trige trigarum currus qui totis tribus agitur.
Digentia — Papinius in ſyluis. Non ita flammiuomis rapitur per ſydera trigis. ¶ Digen
tia nomen riui in italia. Horatius. xix. epiſtola. Me quoties reficit gelidus di-
Flige — gentia riuus. ¶ Flige fligarum oppidum theſſalie. Cornelius de vita alexan-
Viginti. — dri. Auſonio trepidas precinxit milite fligas. ¶ Viginti numerale nomen &
quicquid inde eſt ſicut vigenus/vigeſies ſi latinum eſt vicenꝰ enim & viceſies
ſicut tricenus & triceſies concignius dici ſupra oſtendimus. Vergilius primo
Frigo — æneidos. Viginti tauros magnorum horrentia centum. ¶ Frigo frigis frixi
eſt quicpiam in patella decoquo. Baptiſta in epygrammati. Mille modis epulas
Sigeum. — gluto ſartagine frigit. ¶ Sigeum promonthorium troie. Statius in ſiluis.
Phrigium — Sigeum priami referebat roma neronis. ¶ Phrigium lignum illud emortu
um quod in tenebris relucet. Seneca de heccuba. Phrigiuꝫ totis micuit thea
Stigo. — tris (Saphicum eſt.) ¶ Stigo ſtigas eſt pungo pungis. ſed in compoſitione
frequentius reperitur vt caſtigo inſtigo preſtigo &c. Ouidius de triſt. Talibꝰ
Triginta. — illecebris vanos inſtigat amores. ¶ Triginta numerale nomē. Vergilius. v
Trigon — æneid. Triginta capitum fœtus enixa iacebit. ¶ Trigon trigonis piſcis queꝫ
turturem vocant. Lucretius libro ſeptimo. Plurimus obſcœno natitabat in
equore trigon. Baptiſta tamen in parthenice. maria. corripit dicens. Et gladij
roſtrum caudamqꝫ trigonis aquoſi. niſi forte mendoſe ſic legatur pro. Et gla-
Figo. — dij roſtrum & caudam. &c. ¶ Figo figis verbum ſatis notum. Vergilius in
Friguilla. — buccolicis. Et quondam noſtris figēt magalia terris. ¶ Friguilla nomē auis
Ruffus in arato. Si matutino friguilla reſultat ab orbe.

## Documentum.

Strigilis atqꝫ gyges recte variare licebit.

Strigilis — ¶ Due dictiones in textu primam habēt communem. ¶ Strigilis quo equi
purgantur vel pannus quo in balneis vtuntur. Perſius ſatyra quinta. I/puer &
ſtrigiles criſpini ad balnea defer. Iuuenalis ſatyra tertia. Strigilibus pleno cō
Gyges — ponit linthea gutto. ¶ Gyges huius gyge vel gygis. eſt enim prime vel ter-
tie declinationis indifferenter græca dictio latine verſutus & fallax explicatur
Vergilius nono æneidos. Principio phalarim & ſucciſo poplite gygen. Ouidiꝰ
iiij. faſtorum. Quid grauius victore gyge captiua tuliſſet.

## I: ante: l: in primis.

I/ante/l. — I: ſuper: l: producbi: Tricilium: ſcylaceum:

Achilaris: gilium: pylos: atqꝫ cylindrus ilerda:

Sic hilaredus:hylax:& hylactor:hylas:lilybeum:

Et milium:pylades:philos:atq; lilea:cylydros:

Iunge philix:philyte:milo:deinde:cilixq;:phylaxq;:

Et quibus:ſ:aut:t:preit:i:ſed ſyla moratur.

Thyle:pſilotrū:thylonnis ſcilicet adde.

¶ I/ante/l/ in primis producitur vt miletus/ pileus/mile/milia/ ſubſtantiua. Nam mille adiectiuum poſitione producitur. ¶ Excipiuntur primo compoſita ex particula/bi/vel/tri/vt bilix/ bilinguis/ trilix/ trilinguis/ bilogus/ trilogus &c. ¶ Sequundo excipiuntur due & viginti dictiones in textu. ¶ Ciliū folliculus ille qui oculū tegit. Propertius. Ne precor inſpicias oculis ciliiſq; leuatis. ¶ Scylaceum promonthorium & oppidum italie. Vergilius in.iij. eneidos. Cauloniq; arces & nauifragium ſcylaceum. ¶ Hic & hæc hilaris & hoc hilare eſt letus leta letum. Ouidius de arte. Vult hilares animos officioſa venus. ¶ Gilium promonthorium dalmacie. Cornelius de vita alexandri. Moxq; cohors gilio collecta claſſe propinquat. ¶ Hæc pylos vel pylus oppidi nomen. neſtoris patria. Papinius.iiij.thebaid. Mittit opes danaiq; pylos neleneia turmas. ¶ Cylindrus lapis quo planatur area ad triturandum. Vergilius primo georgicorum. Area tum primum eſt ingenti equanda cylindro ¶ Ilerda: oppidum hyſpanie. Silius.xvj. Tum lamus & licoris proles bellacis ilerde. ¶ Hilaredus: qui iucunda & delicata carmina ad hilaritatem audientium cantat. Statius in ſyluis. Huic vtinam mente nobis hilaredus adeſſet. ¶ Hylax hylacis nomen canis. Vergilius in buccolicis. Neſcio quid certe eſt & hylax in limine latrat. ¶ Hylactor hylactoris: nomen canis acuta voce latrantis. Ouidius.iij.methamorphoſeos. Labros & aglaodos & acute vocis hylactor. ¶ Hylas hyle puer dilectus ab hercule. Vergilius in buccolicis. Clamaſſent vt littus hyla hyla omne ſonaret. ¶ Lilybeū promonthorium ſicilie. Ouidius quinto methamorphoſeos. Leua pachyne tibi lilybeo crura premuntur. ¶ Milium genus ſubtiliſſimi frumenti. Martialis libro duodecimo Frumentum milium ptiſanamq; fabamq; ſolebas. ¶ Pylades fidelis ſocius horeſtis & pro quouis fido amico recte ſumitur. Baptiſta in epygrammatibus. Delirum pylades curat phoſeus horeſtem.

Cilium Scylaceum Hilaris. Gilium Pylos. Cylindrus Ilerda. Hilaredus Hylax. Hylactor Hylas. Lilybeum. Milium Pylades.

¶ Philos greca dictio latine amor explicatur. ſed in compoſitione frequentius eſt ſicut philoſophus/ philoreius. Oenophilus philelphus & ſimilia. Vergilius.iij.eneidos. Parua philoctete ſubnixa petilia muro. ¶ Lilea duarum vrbiū grecie nomen. Papi.vij.thebaid. Corciaq; nemus propelleriteq; lilea.

Philos. Lilea

**Cylydros.** ¶ Hic cylydros vel cylydrus ſerpens eſt venenoſiſſimus Lucanus libro nono Cherſydros tractuq; via fumante cylydri. **Filix.** ¶ Filix filicis herba multarū radicum quæ tritico nocere ſolent. Perſius ſatyra. iiij. Non tamen iſta filix vllo manſueſcit aratro. **Phylete.** ¶ Phylete phyletes inſula ponti. Valerius Faccus lib. v. Biʒereſq; vagi phyleteq; a nomine dicta. **Milo.** ¶ Milo vel milon grȩca dictio latine certator dicitur & multorum nomen eſt hominum. Lucanus primo. Pompe iana reum clauſerunt ſigna milonem. **Cilix.** ¶ Cilix cilicis populus maritimus apud quem crocus naſcitur. Baptiſt. in Faſt. Quicquid habent cilices quicqd pāchaia tellus. **Phylax.** ¶ Phylax phylacis latine cuſtos dicitur hinc eſt artophylax: id eſt cuſtos vrſe. Baptiſt. primo parthenices mariane. Qua micat artophylax reſonans qua naſcitur auſter. ¶ Tertio. Excipiūtur habentia/s/vel/t/ante/i/ vt ſtilus/ſtilo/ſtilas/ſilo. &c. Tilia/tiloniū/tilonio &c. ¶ Hinc rurſus demuntur quinq; dictiones in textu. **Syla.** ¶ Syla mons Lucanie Vergilius. xij. Aeneid. Ac velut ingenti ſyla ſummo ve taburno. **Thyle.** ¶ Tyle thyles inſula vltra Britanniam quæ habitabilis terre limitem facere dicitur. Vergilius primo Georgicorum. Numina ſola colant tibi ſeruiat vltima thyle. **Pſilotrum.** ¶ Pſilotrum vnguentū quo ſe voluptuoſe mulieres fuccare ſolent. Martialis libro tertio. Pſilotro faciemq; Lauas & dropace caluam. **Thylonnis** ¶ Thylonnis huius Thylonnis gallus ille eſt qui templis ſuperponitur ad diſcretionem ventorum. Philelphus Satyra. xiij. Thylonnem inſpicias nūꝗ te flamina ludent. **Scilicet.** ¶ Scilicet coniunctio apta ironie quando aliquid dicimus cuius cōtrarium ſignificamus. Verg. quarto. æneid. Scilicet is ſuperis labor eſt ea cura quietis.

## Documentum.

Hyle cum ſyloa ſilenus carmina vertunt.

**Hyle.** ¶ Tres dictiones in textu. Primam habent communem. ¶ Hyle hyles oppidum Boetie & populus Scythie. Papinius in Syluis. Maiori circundat hylem molimine preſul. Cornelius de vita Alexandri. Compoſitis rebus iam menia liquerat hyles. **Syloa.** ¶ Syloa dictio hebrea latine miſſio interpretatur. Eſt autem ille lacus prope templum Hieruſalem in quem ægroti deſcendentes Criſto in terris regnante ſanabantur a quacumq; detineretur infirmitate. Prudentius de iudeis. Heu gens infelix qui veſtris ſyloa morbis. Arator. Ille iacebat iners cui proxima mota ſyloa. **Silenus.** ¶ Silenus nutricius bacchi & pro quocumq; vetulo cantore ſumitur. Vergilius in Buccolicis. Silenum pueri ſopno videre iacentem. Idem. Ibidem. Quantum omnis mundus gaudet cantante ſileno.

## Differentia.

Ni quando ad ludum ſpectat mihi pila moratur.

¶Pila luſorius globulus priorem corripit. Horatius de arte Poetica. Indoctuſq; pile diſci ve troci ve quieſcit. ¶Sed pila columna quam pilarium vocant & pila pilorum haſte Romanorum eandem producunt. Horatius Satyra.quarta. Nulla taberna meos habeat neq; pila libellos. Lucanus libro primo. Signa pares aquilas & pila minantia pilis. ¶Dic ergo puer. Non bene pila iacit cui pila ſepe cadit. Pila. Pila.

## Differentia.

### Qui comat abbreuia: pilus qui conterit educ.

¶Pilus crinis priorem breuiat. Perſius ſatyra. quarta. Ante pilos venit dicenda tacendaq; calles. ¶Sed Pilus tritorium quo herbe aut res alie in mortario teruntur eandem producit. Lucretius libro.tertio. Gramina multiplici triuere ſalubria pilo. ¶Dic ergo puer optimus eſt pilus cui neq; eſſe pilus. Pilus. Pilus

## Differentia.

### Arbor curtatur: ſed femina phylira produc.

¶Phylira arbor quam tiliam appellant. Primam corripit. Ouidius. viij. Faſtorum. Ebrius incinctis phylira conuiua capillis. Sed phylira nympha eandē producit. Propertius. Hęc nato quoties cytoni phylira dixit. ¶Dic ergo puer Ornatam phylira ceruicem phylira geſtat. Phylira. Phylira.

## I/ante/m/in diſſyllabis.

### I/ſuper/m/longant diſſylaba: ſed nimis inde. I.ante.m.

### Et ſimul atq; mimas/fimus/& thyma vertit hymelex.

¶I/ante/m/in diſſyllabis producitur vt mimus limus limen &c. ¶Excipiūtur. Primo quinq; dictiones in textu. ¶Nimis & ſimul aduerbia ſatis nota. Horatius in epiſtolis. Sed nimis arta premunt olide cōuiuia capre. Vergilius Aeneidos quarto. Quam ſimul ac tali preſenſit peſte teneri. ¶Mimas mimātis nomen montis in aſia minori. Ouidius methamorphoſeos ſequundo. Et tandem niuibus rhodope caritura mimaſq;. ¶Fimus immundities ſtabulorum & ouilium. Vergilius primo Georgicorum. Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola neue. ¶Thymas vel Thymum eſt medulla florum. vnde apes Nimis. Simul. Mimas. Fimus. Thymas.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

mella conficiunt. Horatius in Epiſtolis. Quæ circum volitas agilis thyma non tibi paruum. ¶ Sequundo excipitur hymen hyminis quia priorem habet communem. Eſtq; nuptiarū deus vel pellicula illa quæ in corruptione vir
Hymen. ginitatis puelle frangitur. Catullus. Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe. verſus eſt ſenarius iābicus. Ouidius in Epiſtolis. Turpia famoſus corpora iungit hymen.

## I/ante/m/in poliſyllabis

I/ante.m. I/ſuper/m/breuiant poliſyllaba:ſimius educ.

Simia/chimerinos:ſimethus limoniumq;.

Hymera:ſymmerij:& ni:di:Cymo quoq; time.

¶ I/ante/m/in poliſyllabis corripitur: vt hymetus chymera. Thimeles &c.
Simius. ¶ Excipiuntur. Primo ſeptem dictiōes in textu. ¶ Simius cautum animal & genus quoddam tormenti. Martialis in Apophoretis. Callidus emiſſas elu
Simia. dere ſimius haſtas. ¶ Simia cautum etiā animal & inſula in mari carpatio.
Chimerinos. Iuuenalis ſatyra. viij. Simia nec ſerpens vnus nec culeus vnus. ¶ Chimerinos adiectiuum græcum latine Hyemalis dicitur. Martialis libro nono. Hor
Simethus. rida ſi brume tempora chimmerinos. ¶ Simethus fluuij nomē in italia. Papinius in Syluis. Simethi tacitum latuit ſecretus ad amnem. ¶ Limonium
Limoniū. herbe genus perſimilis vrtice. Columella libro ſeptimo. Limonij anguſto nō debes parcere ſucco. ¶ Simmerij populi ſunt Thracie apud quos ſempiterne
Simmerij. denſantur tenebre. Baptiſta in Syluis. Simmerijs mentem tenebris obducta
Hymera. profatur. ¶ Hymera fluuius & oppidum in regione pontica. Silius libro decimoquarto. Amnem & ere ſuos qua mergitur hymera ponto. ¶ Sequundo. Excipiuntur compoſita ex di vel mi, vt dimidiū mi nimū &c. ¶ Tertio compoſita ex græca dictione Cymo: id eſt fluctus vel time: id eſt honor vt cymodoce cymothoe &c. Timocus timarcus &c.

## I/ante/n:in primis.

I.ante.n. I:ſuper:n:longa:tineas:linio:pynaruſq;.

Ac:inuus:ninus:atq; ninos:inula & tri citatus:

S:aut:m:vel:c:ſolum ſuper:i:ſociatur.

## Hinc ſina:& ſynas:vel mino:chinea:minos:

¶ I/ante/n/in primis producitur vt finis vinum linum. &c. ¶ Excipiuntur. Primo ſeptem dictiones in textu. ¶ Tineas tinee fluuius tuſcie. Silius libro octauo. In tybrim properans tineeq; inglorius humor. ¶ Linio linis quarte/vel lino linis tertie pro eodem eſt perfundo & imbuo. Tibullus Fortia purifico plaſmate membra linunt. ¶ Pynarus fluuius macedonie. Priſcianus in perihegeſi. Per longum pyramus ſpatium pynaruſq; voluti. ¶ Inuus per tres ſyllabas eſt pan deus paſtorum. Vergilius libro ſeptimo Aeneidos. Pometios caſtrumq; inui bolamq; coramq;. ¶ Ninus primus rex aſſyriorum quo nomine & ſubſequentes omnes generaliter appellantur. Ouidius quarto Methamorphoſeos. Conueniant arbuſta nini lateantq; ſub vmbra. ¶ Ninos nini vel hæc niniue niniues oppidum aſſyrie. Lucanus libro quinto Et fœlix (ſic phama) ninos ventoſa damaſcus. ¶ Inula nomen herbe. Columella libro vndecimo. Capparis & triſtes inule feruleq; minaces. ¶ Sequundo. Excipiuntur compoſita ex particula tri:vt trinodus trinoda trinodū. Trinodis & hoc trinode trinodia &c. ¶ Tertio. Excipiuntur habentia/s/m/vel c/ſolum ante/i/vt ſino ſinis ſinuo ſinuas minor minaris. Minor minus Cynnam omnum Ciner/vel cinis. &c. Dico autem ſolum quia ſi alia littera apponitur prima ſyllaba per regulā producitur vt crinis ſcrinium clino ſpinus ſpina &c. ¶ Hinc rurſus demuntur quinq; dictiones in textu. ¶ Sina huius ſine vel more græcanico ſinai mons eſt inter iudeam & arabiam in quo præcepta Moyſi deus dedit. Et in quo beate Katharine corpus reſidet & colitur. Baptiſta in parthenice Katharinaria. In montes Arabum ſummeq; cacumina ſinæ. ¶ Synas huius ſynadis fluuius phrigie. Papinius libro primo ſyluarum. Purpura ſola cauo phrygie quam ſynados antro. ¶ Mino minas duco ducis. Ennius. Non minare gregem cuſtos in prata recuſat. ¶ Chinea mons Brixie qui alio nomine parthenius: id eſt virginalis dicitur. Catullus ad ianuam. Non ita pāpineo dilecta eſt chinea baccho. ¶ Minos rex cretenſium iuſtiſſimus: qui ob id iudex apud inferos eſſe fingitur. Ouidius octauo. Methamorphoſeos. Omnia poſſideat non poſſidet aera minos.

Tineas. Linio. Pynarus. Inuus. Ninus. Ninos. Inula. Sina. Syna. Mino. Chinea. Minos.

### Documentum.

## Cum tinea:& mina:ſi vis hinulus variatur.

¶ Tres dictiones in textu primam habēt communem. ¶ Tinea vermis qui pannum corrodit. Ouidius decimoquinto Methamorphoſe. Agreſtes tineeles obſeruata colonis. Seduli. li. iiij. Nō mordax ærugo vorat nō tinea ſulcat. ¶ Mina mine eſt libra pro qua mna per vnicā ſyllabā pleriq; dicūt. Serenus. Tu minas totidē mecū quot verbera ſumes. Priſci. de pōde. Mnā vocitāt nr̄iq;

Tinea. Mina.

**Hinulus.** minam dixere priores. ¶ Hinulus pullus cerue. Ennius Hinulus expoſito ſe-
quitur per deuia matrem. Sedulius libro. iiij. Naſcentes hinulos non mater
ad inuia trudit.

## Differentia.

### Sinus vas produc: alias ſemper breuiato.

**Sinus** ¶ Hæc ſinus vel hoc ſinum pro poculo priorem longat. Ouidius de triſtibus.
Nectareas latices non vnus ſinus habebat. Vergilius in bucco. Sinum lactis
& hæc tibi liba priape quotannis. ¶ Sed ſinus pro plica veſtium vel pro portu
eandem breuiat. Vergilius. iiij. æneid. Sic effata ſinus lachrymis impleuit ob-
ortis. Papinius. ix. thebaid. Intrauere ſinum laxiſq; ad carbaſa velis. ¶ Dic er-
go puer. Quando bibis ſinum fundis ad vſq; ſinum.

## I: ante: p: in primis.

**I/ante/p.** I: p: breue eſt: iphis: grypus: niphe hypata gryphon
Sypharium: p po: rhipes: ſtipendia: ſipho:
Triphilis: & ſipus: riphei: pipilo: ſtipes:
Scipio: vipera: tiphis: ſtipo: tiphata: morabor.

¶ I/ante/p/ in primis breuiatur vt ſtipula/ ſtipulor/ ſtips ſtipis. &c. Excipiun-
tur viginti dictiões in textu. ¶ Iphis huius iphios greca dictio latine robur
**Iphis.** explicatur & in frequentiſſima compoſitione eſt vt iphilus/ iphicus/ iphigenia
iphinous. &c. Per ſe autẽ eſt puella quę in maſculũ verſa fingitur. Ouidius no
no methamorphoſeos. Vota puer ſoluit quæ femina vouerat iphis. ¶ Gryps
**Grypus.** nũc gryphonem auem rapaciſſimam nunc incuruum naſum ſignificat. Pro-
pertius. Terribiles altis grypi de montibus adſunt & pro eiſdem. Vergilius
in buccolicis ait. Iungentur iam gryphes equis euoq; ſequenti. ¶ Niphe ni-
**Niphe.** phes. lotrix interpretatur & diane nomen eſt. Ouidius. iiij. metha. Excipiunt
laticem nipheq; hyaleq; rhaniſq;. ¶ Hypata hypate vel hypates hypatis ſu-
**Hypata.** uius ſicilie. Silius libro. j. Hypatem ac facilem ſuperari gurgite parco. ¶ Gry-
**Gryphon.** phon gryphontis ænigma inſolubile. Papinius in ſyluis. Non tantum gry-
phonta viris ſphinx theba ferebat. ¶ Sypharium mimorum pręmium vel
**Syphariũ** cœnarum velamentum. Iuuenalis ſatyra. viij. Syphario clamoſum ageres
vt phaſma catulli. ¶ Pipo pipas gallinacei pulli & aliarum obiter auium
**Pipo.**

propriũ. Ouidius de philomela. Accipiter pipat miluus hianſq; lipit. ¶ Rhi Rhipes.
pes oppidum achiuorum. Baptiſta in epygramma. Robuſtas acies turme da-
bit emula rhipes. ¶ Stipendium merces militum & aliorum debite ſeruienti Stipendiũ.
um. Catullus libro tertio. Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro. ¶ Sipho
ſiphonis vas vrinarium vel fiſtula. vnde aqua artificialiter erumpit. Iuuenalis Sipho.
ſatyr. vj. Efigiemq; deę longis ſiphonibus implent. ¶ Triphilis perfecte ama Triphilis.
tus dicitur. Priſcianus in perihegeſi. Triphilis vt noſtras quondã properaret
ad edes. ¶ Sipus ſipuntis oppidum prope dalmaciam vbi ſepiarũ copia abun- Sipus.
dat. Silius libro quinto. Quas recipit ſalpina palus & ſubdita ſipus. ¶ Riphei Riphei.
populi ſcythie qui ventis continuis agitantur. Vergilius Georgicorum tertio
Gens effrena nimis ripheo tunditur euro. ¶ Pipilo pipilas paſſerum eſt vocẽ Pipilo
edentium. Propertius Pipilat in tecto paſſer inane meo. ¶ Stipes ſtipitis ba- Stipes.
culus & truncus. Vergil. nono Aeneidos. Stipitibus duris agitur ſudibuſue
preuſtis. ¶ Scipio ſcipionis appellatiuum virga eſt / vel baculus quo aliquis Scipio.
ſuſtentatur. Ennius. Non mihi languentem fulciuit ſcipio dextrã. ¶ Vipera Vipera.
ſerpens tam libidinoſa vt in coitu caput maſculi dentibus abrodat cuius ven-
trem nati prodire volentes ſimiliter dentibus lacerant: & ita ſemp̃ patre & ma
tre mortuis enaſcuntur. Ouidius. x. Methamorphoſeos. Vipera diffundit cre
ſcenteſq; abſtulit annos. ¶ Tiphis nauercus iaſonis cum vellus aureum pe- Tiphis.
teret. Vergilius in buccolicis. Alter erit tum tiphis & altera quę vehat argo.
¶ Stipo ſtipas condenſo & obthuro. Tibullus. ij. Quid ſtipare iuuat rimas Stipo
vbi porta pateſcit. ¶ Tiphata tiphatorum montes prope capuam. Propertius Tiphata.
Quando tiphata petes genus hoc meminiſſe iuuabit.

## Documentum.

## Cum ſcrypulo/typhon/vates pro carmine mutant.

¶ Due dictiões in textu. primam habent communem. ¶ Scrypulum genus Scrypulũ.
ponderis. Martialis in apophoretis. Flammariſue toge ſcrypula tota decem. Typhon.
Macer. Quattuor aut ſcrypulos mihi ſignificare videtur. ¶ Typhon huius ty
phonis violenta ventorum rotatio quę aquas vehementer conturbat & impe
tuoſi gygantis nomen. Luci. libro. vij. Et trabibus mixtis auidas typhonas
aquarum. Philel. in. vj. ſaty. Redderet inferior fieremq; typhonis amator.

## Differentia.

## Mons rhipa corripitur: ſed riuus ripa moratur.

¶ Rhipa rhipe mons archadie priorem corripit & pro eodem rhipe rhiparum Rhipa.
pluraliter tantum dicitur. Vergilius ſeptimo Aeneidos. Quiq; rhipas betu-
lumq; tenent atq; arua celene. ¶ Sed ripa pro fluuij riuo eandem producit.

Rhipa. Vergilius in Buccolicis. Parcite oues nimium ꝓcedere non bene ripe. ¶ Dic ergo puer. Specta/e/ fronte rhipe ne tradas corpora ripe.

## I/ante/q/in primis.

I. ante. q. **Ante/q/corripis/i/liquetius inde retracta.**

Liquetius ¶ I/ante/q/in primis corripitur vt liquet ſiquidem liquido &c. ¶ Excipitur liquetius venetiarum fluuius: vnde eſt adiectiuum liquetius/liquetia/liquetium/vt eſt venetus/veneta/venetum. Vergilius in nono Aeneidos. Quales aerie liquetia flumina circum.

## Documentum.

**Liquidus & liquor nomen: variare licebit.**

¶ Due dictiones in textu. Primam habent communem. ¶ Liquidus liquida liquidum fluidus & purus. Lucretius libro tertio. Craſaq; conueniunt liquidis & liquida craſſis. ¶ Liquor liquoris nomen ſatis notum. Lucre. lib. j. Pondus vti ſaxis calor ignis liquor aquarum. Idem paulopoſt. Fiet vti cibus omnis & aridus & liquor ipſe.

Liquidus. Liquor.

## Differentia.

**Liquor/eris/produc: liquor/aris/corripe ſemper.**

Liquor. ¶ Liquor liqueris deponens tertie coniugationis eſt fluo fluis & priorẽ producit. Vergilius primo libro Georgicorum. Liquitur & zephiro putris ſe gleba reſoluit. ¶ Sed liquor liquaris paſſiuum eſt liqueſio & reſoluor. eandeq; corripit. Lucre. lib. xj. Protinus enſis atrox fornace liquabitur aita. ¶ Dic ergo puer. Si nix liquatur mihi pernio calce liquatur.

Liquor

## Differentia.

**De liquor duco liqueo: de curto liqueſco.**

Liqueſco. ¶ Liqueſco liqueſcis inceptum a verbo liquor liqueris deſcendit primam ſyllabam longat. Ouidius primo de ponto. Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis. ¶ Sed inceptum a verbo liqueo/liques/formatur eandem breuiat quis eadem vtriuſq; ſit ſignificatio. Perſius ſatyra ſequunda. T[illegible] tibi cum in flammas iunicum omenta liqueſcant. ¶ Dic ergo puer. Proſpera liqueſcunt mihi nulla aduerſa liqueſcunt.

Liqueſco.

## I/ante/r/in diſſyllabis.

I/ſuper/r/longant diſſyllaba: ſed myro curtat. I.ante.r.

Et pyrus/atq;/pyrum/pyra/ſiue myron tyros illi.

Cumq; tyra/tyrus/atq; ſyrax/quiris addere debes.

¶ I/ante/r/in diſſyllabis producitur vt ira miror ſpiro &c. ¶ Excipiuntur decem dictiones in textu. ¶ Myro/myronis peritiſſimi ſtatuarij nomen & pro quouis celatore doctiſſimo recte ſumi poteſt. Statius primo ſyluarum. Quicquid & argento primum vel in ære myronis. ¶ Hæc pyrus arbor. Vergilijs in buccolicis. Inſere nunc melibeæ/pyros pone ordine vites. ¶ Pyrū fructus pyri Horatius in epiſt. Non quo more pyris veſci calaber iubet hoſpes. ¶ Pyra inflammata lignorum congeries. Vergilius in ciri. Ingentem ſtruxere pyram ſub ſydere nido ¶ Myron myri latine vnguētum hinc myropola eſt vnguentorū venditor. Propertius. Tēpora diffuſo cui maduere myro. ¶ Hęc tyros vel tyrus huius tyri iſula & vrbs phęnicie vergiliane didus patria. Tibullus libro primo. Prima ratem ventis credere docta tyros. ¶ Tyra tyre genus quoddam ioci. Vale. Flac. lib. vj. Linquitur abruptis pelago tyra linquitur & mons. ¶ Tyrus tyri latine caſeus dicitur. Tibullus. iij. Pocula ſunt pingui iā ſocianda tyro. ¶ Styrax ſtyracis genus vnguenti quo mulieres comam fuccare ſolent. Verg. in Ciri. Non ſtyrace ideo flagrātes picta capillos. ¶ Quiris quiritis romulus mars haſta & ciuis romanus. Perſius ſaty. v. Poſſidet heu ſteriles veri quibus vna quiritem.

Myro. Pyrus. Pyrum. Pyra. Myron. Tyros. Tyra. Tyrus. Styrax. Quiris.

## Documentum.

Tu ſyrus/atq; ciris/pones vt metra requirunt.

¶ Due dictiones in textu priorem habent cōmunem. ¶ Syrus populus ſyrie Iuuenalis ſatyra. vj. Et que longorum vehitur ceruice ſyrorum. Idem ſatyra. iij. Iampridem in tyberim ſyrus defluxit orontes. ¶ Ciris eſt ſcylla quæ quia patri niſo fatalem capillum abſcidit in alaudam verſa eſt. Interpretatur autem tonſa vel raſa. Vergilius in Ciri. Candida cōceſſos aſcendat ciris honores. Ideʒ in ęthna. Sollicitamq; cirim minos tuaq; pace in vmbris

Syrus. Ciris.

## Differentia.

Pro ſulco longat: ſed pro cythara lyra curtat.

Lyra ¶ Lyra pro ſulco qui in terra ab aratro relinquitur priorem producit. Lucre
Lyra. tius libro primo. Heu ꝙ pauca tuis impleſti iugera lyris. ¶ Sed lyra pro cy tha
ra eandem corripit. Baptiſta contra impudice ſcribentes. Deſine pone lyraꝫ va
tes inſane nec vltra. ¶ Dic ergo puer. Dum facio lyram non bene pulſo lyram

## I:ante:r:in poliſyllabis.

I/ante/r. I:ſuper:r:breuiant poliſyllaba:cyrios:educ

Miritenes:& liriope pirataqꝫ dictis

Pirula:cyrene:pyrites:pyramis:addam:

Pyreus:vel pyralis:pyromaqꝫ poſthec

Pirea:phthiriaſis:lirium:ſyria iungam

Pyreicus:cum tyridates:pyrodile:cunqꝫ

Stiria:tireſias:ſpirenaqꝫ:ſirius inde

Pyraſus:& que dat cheir aut iros remorabor.

¶ I/ante/r/ in poliſyllabis corripitur vt vireo/byria/mirica. &c. ¶ Excipiū
Cyrios. tur primo viginti tres dictiones in textu. ¶ Cyrios vel cyrius dominus & au
tenticus dicitur. Prudentius de iudeis. Turpe eſt heu nimiū primus cum cy
Miritenes. rios errat. ¶ Miritenes gemma precioſa. Priſcianus in perihegeſi. Miritenēqꝫ
Liriope. bonū nardi cum reddat odorem. ¶ Liriope liriopes nymphe nomē velox cur
ſu explicatur. Ouidius. iij. methamorphoſeos. Cerula liriope quam quondaꝫ
Pirata. flumine curuo. ¶ Pirata marinus graſſator & predo. Lucanus libro. ij. Om
Pirula. ne fretum metuens pelagi pirata reliquit. ¶ Pirula menſure genus apud ita
los. Auſonius in epygramma. Non ventrem biſquina tuum ſat pirula cōplet.
Cyrene. ¶ Cyrene cyrenarum oppidum lybie ſed Cyrene cyrenes vrbs eſt græcie. Al
terum tamen pro altero ſepe vſurpatur. Lucanus libro nono. Aphryca cyrenis
etiam nunc bruma rigebat. Silius libro. iiij. Necnon cyrene pelopei ſtirpe ne
Pyrites. potis. ¶ Pyrites lapis plurimum ignis continens. Priſcianus in perihegeſi.
Pyramis. Perdita diſcuſſus pyrites gaudia ducit. ¶ Pyramis pyramidis eſt cuiuſcūqꝫ
rei ſublimis eleuatio & proprie ad ſepulchra magnatiuꝫ ſpectat. Martialis li
Pyreus. bro. j. Barbara pyramidum taceat miracula memphis. ¶ Pyreus athenienſis
portus. Ouidius. v. methamorphoſeos. Portus cæcropios pyreaqꝫ littora tan
Pyralis. git. ¶ Pyralis beſtiola pennata quæ magnitudinem muſce habens ex igne

progreditur. Lucretius libro. v. Lucentemq; focum pyralis ſolus habebat.
¶ Piroma piromatis. emplaſtrum calefactiuum. Lucilius libro. iij. Frigore Piroma.
membra tremit ſubito piromate viuet. ¶ Pirea fruticis nomen. Columella Pirca.
libro vltimo. Pirea miſcetur his & cereale papauer. ¶ Phthiriaſis pedicularis phthiriaſis
morbus. Baptiſta in ſyluis. Fœdant phthiriaſim curuato pollice ſignat. ¶ Li- Lirium
rium: ſpecies herbe. Columella libro. vij. Lirium pariter recto moderamine
iungunt. ¶ Syria: nomen inſule quæ patria eſt pherecydis philoſophi & poe- Syria
te clariſſimi. Papinius in ſyluis. Protulit ingenuum quondam tibi ſyra futo
rem. ¶ Pyreicus nomen pictoris preſtantiſſimi. Propertius libro. iiij. Pyrei Pyreicus.
cus parua vendicat arte locum. ¶ Tyridates commune nomen regum arme- Tyridates.
nie. Propertius. Non ita tyridates magna ſe iactat in aula. ¶ Pyrodile vel py Pyrodile.
rodila vna eſt inter hyadas quæ ſunt ſtelle apud pedes tauri. Papinius in ſyl-
uis. Humentes madefacta genas pyrodila venit. ¶ Stiria congelata gutta in Stiria.
tectis domorum pendens & tranſlatiue mucus ille qui de naſo pendet. Martia
lis libro. vij. Turpis ab inuiſo pēdebat ſtiria naſo. ¶ Thireſias vel thireſia the Thireſias.
banus augur quem iuno cecauit quia arbiter electus mulieres de turpitudi-
ne condemnauerat. Sed minerua pro viſu amiſſo diuinam illi ſapientiam infu
dit. Propertius libro. iiij. Magnam thireſias aſpexit pallada vates. ¶ Sphire- Sphirena
na nomen piſcis. Lucretius lib. j. Hic ſphirena fugit cauda criſpāte per vndas
¶ Syrius ſtella canicularis. Silius lib. j. Agminis ardenti labefecit ſyrius Syrius.
aſtro. ¶ Pyraſus oppidum græcie. Cornelius de vita alexandri. Armatas pu- Pyraſus.
gnax demiſit pyraſus alas. ¶ Sequundo Excipiuntur deriuata a cheir. i. ma-
nus & iros. i. fortitudo vt chironomon/ chirurgus/ chirographus. &c. Ironia
irenarcha/ irriſione. &c.

## Documentum.

## Deriuata notans pyramus muta atq; pyrene.

¶ Deriuata ex longis producuntur vt tirynthius a tiryus. Phirinthius a phi
rus. Diratia a dira. &c. ¶ Sed pyramus primam habet communem pro flu- Pyramus.
uio theſſalie. Ouidius. iiij. methamorphoſeos. Tun erit vndiſonus late cum
pyramis olim. Priſcianus in perihegeſi. Per longum pyramus ſpatium pina-
ruſq; voluti. Sic etiam pyrene pro monte hyſpanie. Silius libro. xviij. Pyrene Pyrene.
miſit populos qui nomen amore. Tibullus libro. j. Non ſine me eſt tibi partus
honos tua bella pyrene.

## Differentia.

## De virus longo: ſed de vir curto viroſus.

¶ Viroſus viroſa viroſum. a nomine virus pro veneno. i. venenoſus venenoſa Viroſus.
venenoſum primam producit. Lucretius libro ſequundo. Viroſum pauido

Viroſus. deducit corpore fretum. Sed viroſus a nomine vir eſt fortis & multam habēs
virilitatem eandemq; corripit. Cornelius de vita alexandri. Extulit ingeniū
ſolers mentemq; viroſam. ¶ Dic ergo puer. Quanq̄ es viroſus neſcis tamen
eſſe viroſus.

## Differentia.

De vires duco vireo: de curto vireſco.

Vireſco. ¶ Vireſco a nomine vires virium eſt fortificor & quaſi vires acquiro. ¶ Fu-
rius apud Aulum gelium libro. xviij. capitulo vndecimo. Increſcunt animi
Vireſco. vireſcit vulnere virtus. ¶ Sed vireſco a vireo vires eſt viridis fio eandēq; cor-
pit. Baptiſta de alphonſo. Vndiq; iucundis iam floribus ora vireſcit. ¶ Dic er-
go puer. Corpore vireſcis: ſed nulla laude vireſcis.

## I: ante: ſ: in primis.

I/ante/ſ. I: ſuper: ſ: produc: miſer: & criſis: atq; biſontos:

Cum ptiſana: friſius: phthiſis: atq; biſon: vel hyſopus:

Cumq; iſara: ciſtum: niſi: ſiue ciſena: viſurgis:

Atq; phthyſis: phiſa: ſiue piſaurus: iſaurus: iſaurum:

Cūq; phyſi: ſiſer: atq; ſiſymbrium: iſidius: acta.

¶ I/ante/ſ/i primis pducit vt niſus/riſus/ſiſus &c. ¶ Excipiūtur due & vigin-
Miſer ti dictiones in textu. ¶ Miſer miſera miſerū. Vnde & miſereor miſereris mi-
ſeror miſeraris. miſereſco miſereſcis. miſeret imperſonale & pleraq; alia. Per-
Criſis ſius ſatyra. iij. O miſer inq; dies vltra miſer huc ſine rerum. ¶ Criſis cum/i/
latino eſt iudicium. ſed in ſola fere compoſitione reperitur vt hypocriſis: cata-
criſis: arcocriſis. Lucan⁹ libro vltimo. Et ſi quis faceret non illi arcocriſis eſſet
Biſontos. ¶ Hæc biſontos vel biſontus oppidum germanie & alterum campanie. Oui-
Ptiſana. dius de triſtibus. Quo magnos proceres miſit ſtudioſa biſontos. ¶ Ptiſana
ex ordei ſucco vel farina facta cōmixtio. Martialis libro. xij. Frumētum mi-
Friſius. ſtum ptiſanamq; fabamq; ſolebas. ¶ Friſius: populus germanie. Baptiſta de
Phthiſis. exhor. Hinc armatas friſij miſere cohortes. ¶ Phthiſis cum ph/& th/aſpira-
tis in priore ſyllaba eſt pulmonis exulceratio. Iuuenalis ſatyra. xiij. Et phthi-
Biſon. ſis & vomicæ putres & dimidium crus. ¶ Biſon biſontis: animal grande ma-

xime pilloſum atq3 ob id viſu multum horribile quod in ſola naſcitur germa nia. Martialis in epy. Illi ceſſit atrox bubalus atq3 biſon. ¶ Hyſopus herba ſatis nota. Cornelius de vita alexandri. De pulmone thiſim iumptus pellebat hyſopus. Hyſopus ¶ Sed hyſſopus geminato/ſſ/ proprie ſanguinem ſignificat. qua in forma ſcribi legi & intelligi hoc eccleſiaſticum debet. Aſperges me domine hyſſopo &c. Hyſſopus. ¶ Iſara. fluuius gallie qui in rhodanū influit. Lucanus libro. ij. Hi vada liquerunt iſare qui gurgite ductus. Iſara. ¶ Ciſium currus cuius auriga ciſiarius vocatur. Auſonius in epygrā. Vel ciſio trijugi ſi placet inſilias. Ciſium ¶ Niſi coniunctio ſatis nota. Propertius. Quid mihi cum phario non niſi vana refert. Niſi. ¶ Ciſena vrbis nomen in achaia. Ouidius in faſtis. Ferro igniq3 virum leta ciſena ruit. Ciſena. ¶ Viſurgis: fluuius narbonie. Claudianus ad octa. Spumeus exhauſto fonte viſurgis erat. Viſurgis. ¶ Phthyſis cu3/ph/ & th/aſpiratis & /y/ graeco in priori ſyllaba eſt ſputu3 ſiue ſputio. Propertius. Tuſſit & aſſidua perluit arma phthyſi. Phthyſis ¶ Phiſa nature dea. Lucilius libro. ij. Libertatis amans adſit themis & phiſa nobis. Phiſa. ¶ Piſaurus vel piſaurum. fluuius & oppidum in piceno. Catullus ad Iuuencium. Preterꝙ iſte tuus moribunda a ſepe piſauri. Piſaurus ¶ Iſaurus fluuius italie. Lucanus libro. ij. Cruſtuniumq3 rapax & iunctus ſapis iſauro. Iſaurus ¶ Iſaurum oppidum in lybia. Ouidius in faſtis. Aphrica victorem de ſe vocat alter iſaurum. Iſaurum. ¶ Phiſis natura hinc phiſicus naturalis. Auſonius de numero. In phiſicis tria prima deus mundus data forma. Phiſis ¶ Siſer genus herbe. Horatius ſatyra. xviij. Peruelliunt ſtomachum ſiſer halec fercula coa. Siſer ¶ Siſymbrium frutex quidam & fructus myrti. Ouidius. iiij. faſtorum Cum ſua ſunt domine data grata ſiſymbria myrto. Siſymbriū ¶ Iſidius iſidia iſidiū quod ad iſim pertinet. Ouidius in epiſtolis. Et halon vt vita ſpoliauit iſidius hoſpes. Iſidius.

## Documentum.

Piſide variare potes ſi metra requirunt.

¶ Piſide piſidarum: populi ſunt (vt opinor) theſſalie & primam ſyllabam habent communem. Priſcianus in perihegeſi. Poſt hos piſidum pinguiſſima rura coluntur. Vbi piſidū ſyncopatus eſt genitiuus pro piſidarum. Claudius contra eutropium. Finibus obliquis lydi piſideq3 feroces. Piſide

## I: ante: t: in primis.

I: t: corripimus: citargi: tityrus: educ I/ante/t.

Clitumnus: clitis: cliton: clitellaq3 titan:

Lis: dis: lithorius: python: pytiſmata: pytho:

Nitella:& ſcython:ſcitor:titilloq;:ſithon.

His'cum ſythonia:tithonus:thitaq;:zythus.

Iunges & quibus:i.mur præterit inde fritillus.

Et mitilo vitium mytilene ſiue vitellus.

Atq; vitelliani:vitulus: britomartis aguntur.

¶ I/an̄/t/ in primis corripit̄ vt ita/cito/ſcytia &c. ¶ Excipiunt̄ primo viginti
Citargi. due dictiões in textu. ¶ Citargi piſces quidā qui in ſolo mari ionio reperiunt̄
Tityrus. Martia.in ep̄y.ionij fluctus citargos gurgite vaſto. ¶ Tityrus dorica dictio
latine capra dicitur quo nomine paſtor apud Verg. in Buccolicis appellatus ē.
Clitunnus Tityrus hinc aberat ipſe te tityre pinus. ¶ Clitunnus fluuius vmbrie. Silius
Clitis. lib.viij.Clitunnus thaurum narq; albeſcentibus vndis. ¶ Clitis fluuius gal
Cliton: lie. Sidonius in.ij.panegy.Clitis claris arar & quæ vicina feruntur. ¶ Cliton
fluuius archadie. Papinius.iiij. Thebaid. Et rapidus cliton & qui tibi pithie
Clitella. ladon. ¶ Clitella illud eſt ſuper quod muli vel equi onera portant. Hora. ſaty.
Titan. v. Hinc muli capue clitellas tempore ponunt. ¶ Titan titanis ſol. Ouidius.j
Lis. Methamorph. Nullus adhuc titan prebebat lumina mundo. ¶ Lis/ litis di
Dis. ſcordia. Martia.in epygram. Nunq̄ lite caret coniux zelotipa tecto. ¶ Dis di
Dis. tis ſubſtantiuum eſt pluto inferorum princeps. Baptiſt. contra impudi. Tranſ
fugit a ſuperis ad limina ditis & ardet. ¶ Sed dis ditis adiectiuum eſt diues.
Lithorius Vergil. in æthna. Ditibus in forulis & auara conditur archa. ¶ Lithorius no
men fluuij in aphrica. Sidonius in.iij.panegyrico. Iam caua lithorius reſolu
Python. tus in oppida currit. ¶ Python pythonis ſerpens imenſe magnitudinis quē;
apollo interfeciſſe fabulatur. Ouid.j.Metha. Strauimus innumeris tumidā
Pytiſma. pythona ſagittis. ¶ Pytiſma pytiſmatis aſperſio modici ſputi. Iuue. ſaty.x;.
Pytho. Qui Lacedemonium pytiſmate lubricat orbem. ¶ Pytho pythonis appella
tiuum putredinem ſignificat. Sed proprium nymphe nomen eſt. Lucreti.li.x.
Nitella. Iamq; in fecta altum proceſſit in aera pytho. ¶ Nitella mica pulueris aurei.
Scython. Auſonius in Epygram. Non modo non aurū ne nitellam rapuere. ¶ Scythō
ſcythonis vir qui in feminam verſus fuiſſe fingitur & ita pro quouis monſtro
ſo homine recte ſumi poteſt. Ouidius quarto Metha. Ambiguus fuerit mo
Scitor. do vir modo femina ſcython. ¶ Scitor ſcitaris interrogo interrogas. Horati.
Titillo. in epiſto. Scitari libet ex ipſo quecumq; refers dic. ¶ Titillo titillas pruritum
Sithon. carnis prouoco. Lucre.lib.ij. Titillare magis ſenſus q̄ ledere poſſunt. ¶ Sithō
ſithonis cum.i.noſtro regio quam nunc thraciam vocant. Ruffus in arato.
Sithonia. Non hæc belligeri martis ſithone peracta. ¶ Sithonia alia regio q̄ nunc ſcy
thia appellatur hinc ſithonius id eſt ſcythicus Verg.in Buccolic. Sithoniaſq;
Tithonus. niues hyemis ſubeamus aquoſe. ¶ Tithonus marinus deus quē aurore ma

ſitum vocant. Vergili. in quarto Aeneidos. Tithoni croceū linquens aurora cubile. ¶ Thita neutrum nomen ſine declinatu græca eſt littera quæ apud romanos quondam mortis ſententiam in ſenatu ſignificabat. Perſius ſatyr. iiij. Et potis es nigrum vitio prefigere thita. ¶ Zythus vel zithum potus quidā ex ordeo confectus. Columella lib. xj. Et peluſiaci proritet pocula zythi. ¶ Sequundo excipiunt habentia/m/v/vel/r/ante/i/ vt mitis vita ritus &c. ¶ Hinc rurſus demuntur octo dictiones in textu. ¶ Fritillus tabula ſuper quā aleis vel taxillis ludunt. Marti. in xeniis. Hec mihi charta nuces hæc eſt mihi charta fritillus. ¶ Mitilo mitilas proprium cicade quando vocem edit. Ouidius de philomela. Matutinali tempore tunc mitilas. ¶ Vitium nomen ſatis notū horatius de arte. Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt. ¶ Mitylene mitylenes nomen vrbis & inſule. Martialis libro. x. Quum tibi non epheſos nec ſit rhodos aut mitylene. ¶ Vitellus pars illa oui in qua vitam pullus habet. ¶ Horatius ſatyra. iiij. lib. ij. Quatinus ima petit voluens aliena vitellus. ¶ Vitelliani vitellianorum littere quas viri ad amicas mittunt. Propertius ſepe vitellianos noſtros legere puelle. ¶ Vitulus & vitula ſatis clarent. Vergilius in Buccolicis. Quum faciam vitula pro frugibus ipſe venito. ¶ Britomartis nympha quam minos adamauit. Vergili. in Ciri. Te britomarti diem potui producere vite.

Thita. Zythus. Fritillus. Mitilo. Vitium. Mitylene. Vitellus. Vitelliani. Vitulus. Britomartis.

## Documentum.

Criticus/italia/britanni/ſiue bithyni.

Pituita hęc vates paſſim variare leguntur.

¶ Quinq3 dictiones in textu. Primam ſyllabam habent cōmunem. ¶ Criticus deliberator & iudex. Marti. lib. vij. Equalis liber eſt critice qui malus eſt Lucre. liij. v. Hæc ſtatuunt critici: ſed quæ perferre recuſant. ¶ Italia regio cū ſuis deriuatis ſicut italicus/italis/italus/itala/italum. Verg. in nono. Aenei. Coniecto ſternit iaculo volat itala cornus. Idem octauo. Hinc auguſtus agēs italos in prælia cæſar. ¶ Britanni populi quos nunc dicimus anglos. Vergil. in Bucco. Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. Lucre. in. vj. Nā quid britannis celum differre putamus. ¶ Bithyni populi in pōtho. Iuuena. ſatyra. x. Donec bithyno libeat iugulare tyranno. Idem ſatyra. vij. Quā & cappadoces faciant equiteſq3 bithyni. ¶ Pituita malus humor a cerebro ī os & nares deſcendens & non ſolum primam: ſed etiam tertia. n variat. Horatius in epiſto. Precipue ſanus niſi cum pituita moleſta eſt. Perſius ſatyra. ij. Sopnia pituita qui purgatiſſima mittunt.

Criticus. Italia. Britanni. Bithyni. Pituita.

## Differentia.

De ſcio producas. ſed de cieo citus arctes.

Scitus. Situs. Situs.

¶ Scitus/ſcita,ſcitum.i.ſubtilis & doctus a ſcio ſcis priorem producit. Tibullus. Hęc obiecta mihi queſtio ſcita venit. Scitum etiam ſubſtantiuum pro ſtatuto longatur. Luca. libr. j. Per vim ſunt leges & plebis ſcita coacte. ¶ Sed citus/cita/citum.i.velox a cieo/cies.i.voco vel moueo eandẽ corripit. Bapt. j. parthe. mari. Quæ prægreſſa citos vt mouit ad hoſtia paſſus. Situs etiam adiectiuum pro ſituatus vel poſitus & ſitus ſubſtãtiuum inflexionis. iiij. pro ſorde priorem curtant. Ouidi. de Triſti. Hic ſitus eſt cui iam non ſatis orbis erat Lucanus lib. iiij. Fœda ſitu facies votis non quadrat amantum. ¶ Dic ergo puer. Qui ſermo eſt ſcitus non ſolet eſſe citus.

## Differentia.

Verbum longabis: nomen nitor abbreuiabis.

Nitor. Nitor

¶ Verbum nitor niteris.i.ĩtendo & laboro priorem longat. Ouidius. vij. Methamorphoſeos. Nitimur in vetitũ ſemper cupimuſq; negata. ¶ Sed nomen nitor nitoris.i.ſplendor vel pulchritudo a niteo nites.i.ſplendeo ſplendes eandem breuiat. Propertius. O quantũ hæc placidi forma nitoris habet. ¶ Dic ergo puer. Quãtumuis nitor mi nequit eſſe nitor.

## I/ante/ũ/in primis.

I/ante. u. I/ſuper/u/longans: quę dant nix tris breuiato.

¶ I/ante/u. in primis longatur vt liuor priuo priuilegium &c. ¶ Excipiũtur Primo deriuata a nomine nix: niuis niuoſus niue⁹ niualis &c. ¶ Sequũdo excipiuntur compoſita ex particula tris vel bis vt triuia/ triuium/ triuicus biuia biuium &c.

## I/ante/b/in medijs.

I. ante. b. in medijs. ANte/b/corripis/i/medijs: ſed oribaſus educ.

Et bilis bundus quod quarta inflexio donat.

Oribaſus. ¶ I/ante/b/in medijs corripitur vt delibutus / delibuta / delibutum / ſcribius / ſcribium. &c. ¶ Excipitur. Primo. ¶ Oribaſus quod eſt nomen canis & montem aſcendens interpretatur. Ouidius tertio. Methamorphoſeos. Pamphagus & dorceus & oribaſus archadas omnes. ¶ Sequundo ex-

cipiuntur verbalia in bilis & in bundus quæ a verbis: quarte: coniugationis deſcendunt:vt a lenio / lenis / lenibilis & lenibundus. Ab audio / audis/ audibilis & audibundus. A ſentio/ſentis / ſentibilis/ & ſentibundus. Lucretius tamen ſenſibilis corripiuit. ¶ Dico autem notanter quę a verbis quarte coniugationis deſcendunt quia ſi a verbis aliarū coniugationum veniant breuiātur vt terribil[illegible] odibilis/ frangibilis &c.

## I/ante/c/in medijs.

Curtat/i/c/vates:ſed barbara ducit in icus. I.ante.c.

Lorica/anticus/berenicis/aricia/apricus.

Formica/erica/bellicanus/berenice.

Grinicon/veſica/pudica/caica/labicus.

Mendicus/lectica/marica:æquicolus iſtis.

Lumbricus:petricoſus:febricito:iunges.

Nutrico:cum pedico:poſtica:palicus.

Et conui[illegible]ia:laſerpicia:vel caprificus.

Sic multicia:vel rubrica:myrica:periclum.

Acredimicula:phenicopterus:atq; triuicus.

Hinc vrtica:pediculus:aut vmbilicus:illis.

Mox vſtica:ſaticulus:atq; nouicius:addes.

Quæ cratis:canis:& vitis:clauiſq;:ſitiſq;.

Et cunus:cutis:atq; teges:dant:ducere:debes.

¶ I ante/c/in medijs breuiatur vt faſciculus/ædicula/oricalchum.&c. ¶ Ex
cipiuntur primo barbara in icus terminata vt ſildericus/ henricus/ federicus.
&c. Dico autem barbara quia latina & græca corripiuntur vt ruſticus/ domi-
nicus/perſicus. &c. ¶ Sequẽ do excipiuntur quadraginta nouem dictiones in
Lorica — textu. ¶ Lorica armature genus quaſi hamis aut ſquamis cõſutum. Ouid.
Anticus — iij. methamorphoſeos. Loriceqꝫ modo ſquammis deffenſus & atre. ¶ Anti
cus antica anticum. vetus & nobilis. Vergilius æneidos. j. Vrbs antica fuit ty
Berenicis — rij tenuere coloni. ¶ Berenicis berenicis oppidum theſſalie. Silius libro. iij.
Aricia — A fluit vndoſa cretus berenicide m[illegible]es. ¶ Aricia italie oppidum. Vergilius
Apricus — vij. æneidos. Viribus inſigneꝫ quem mater aricia miſit. ¶ Apricus ca. cum.
ſole gaudens. Perſius ſatyra. v. Aprici meminiſſe ſenes quid pulchrius at cũ.
Formica — ¶ Formica: beſtiola breuis quidem ſed oim prudentiſſima. Baptiſta in epy-
Erica — gramati. Qualiter iuſtitias vitam formica docebit. ¶ Erica nomen herbæ.
Bellicanus — Columella libro. vj. Feruorem membris populax erica repellat. ¶ Bellicanus
bellicana bellicanum expugnax & feruidus ad bellandum. Aunonius in epy.
Berenice. — Bellicana cohors medios rumpebat in hoſtes. ¶ Berenice pcioſus lapis. Iuue
Grinicon. — nalis ſatyra. vj. Myrrhina deinde adamas notiſſimus & berenices. ¶ Grinicõ
grinicõnis. fluuius macedonie. Papinius in ſyluis. Grinicon ſaturatus aquis
Veſica — de vertice ſummo. ¶ Veſica: inſtrumentum quo excrementa ventris recipiã
Pudicus. — tur. Propertius. Sic agitat donec tacituꝫ veſica pepedit. ¶ Pudicus pudica pu
dicum caſtus & verecundus. Ouidius de triſtibus. Incoluit clauſos virgo pu
Caicus. — dica lares. ¶ Caicus fluuius & mons græcie populuſqꝫ germanie. Ouidius
Labici — in. iij. de arte. Queqꝫ bibunt vndas myſe caice tuas. ¶ Labici italie populi.
Mẽdicus — Silius libro. xij. Aſſequitur campos ingreſſus & arua labici. ¶ Mẽdicus mẽ
dica mendicum. pauper qui eleẽmoſynam queritat. Martialis in apophoretis.
Lectica. — Ne mendica ferat barbati prandia muli. ¶ Lectica cubile ſiue lectus. Tibul-
Marica. — lus. Paruula torpentes ſopnos lectica fouebit. ¶ Marica oppidum italie &
morbus libidinoſorum inguinum. Iuuenalis ſatyra. iij. Ceduntur tumide me
Aequicol⁹ — dico ridente marice. ¶ Aequicolus thuſcie populus. Sillius libro. viij. Littus
Lũbricus. — arant raſtriſqꝫ nouant æquicola rura. ¶ Lumbricus vermis lubricus qualis
in puerorum ventribus naſcitur. Macer de virtu. her. Lumbricos ventris hãc
Petricoſus — ſepe bibendo necabis. ¶ Petricoſus petricoſa petricoſum. moleſtus. Proper-
Febricito. — tius. Petricoſus eris non mitia verbera dorſo. ¶ Febricito febres patior. Ca
Nutrico. — tullus. Diriguit virtus toto febricitat anno. ¶ Nutrico nutricas eſt nutrio
nutris. Lucretius libro nono. Non eadem cunctis tellus nutricat in agris.
Pedico. — ¶ Pedico pedicas rem dictu & auditu indignam exerceo. Martialis. Pedica-
tur oros fellat linus ille quid ad te? Sic etiam pedico pediconis pro eo qui re
tam nefariã exercet. Martialis li. iij. Conciſis natibus nõ eſt pedico maritus.
Poſticus — ¶ Poſticus poſtica poſticum quod poſt ſiue retro eſt. Horatius in epiſtolis.
Palicus. — Atria ſeruantem poſtico falle clientem. ¶ Palicus iouis & thalie filius.
Iterum veniens latine interpretatur. Ouidius. v. methamorphoſeos. Stagnã
Conuiciuꝫ — palicorum rupta feruentia terra. ¶ Conuicium obiurgatio multarum vocũ.
Laſerpiciũ — Martia. in epy. Lis erit ingẽti faciet cõuicia voce. ¶ Laſerpiciũ gen⁹ fruticis
Caprificus — & herbę. Columella libro. vij. Narciſſo & ſitiſo duo laſerpicia miſcent. ¶ Ca-
prificus herba eſt cuius radix murum qtũuis ſolidatum penetrare fertur.

Perſius ſaty.j.Innata eſt rupto iecore exierit caprificus. ¶ Multicium veſtis Multicium
maxime tenuis qua voluptuoſi in eſtate ſolent vti. Iuuenalis ſatyra. ij. Si vi-
deas quero an deceant multicia teſtem. ¶ Rubrica id eſt quo aliquid rubro Rubrica.
ſignatur. Perſius ſatyra.v. Excepto ſiquid maſuri rubrica vetauit. ¶ Myrica: Myrica
tenue virgultum in italia frequens. Vergilius in bucco. Non omnes arbuſta
iuuant humileſq; myrice. ¶ Periculum: a pereo peris. eſt malum quod pe- Periculum
rire minatur. ſed a perior periris eſt experimentum. Nam facere periculum
alicuius rei eſt illam experiri. Vergilius.iij.æneidos. Quis te nate dea per tan
ta pericula verſat. ¶ Redimiculum ornamentum a redimio redimis.i. orno Redimicu
orna..iuo quo comprehendatur quodlibet aliud in cultum a verbo quarti co- lum.
iugatus. Iuuenalis ſatyra.vij. Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt.
¶ Phœnicopterus: auis magna rubicundas habens alas. Iuuenalis ſaty.xj. Phœnico-
Et ſcythice volucres & phœnicopterus ingens. ¶ Triuicus italie pagus. Hora pterus.
tius ſatyra.v. Nunq̄ erepſemus niſi nos vicina triuici. ¶ Vrtica: herba vulga Triuicus.
ris ab vrendo ſic dicta. Perſius ſatyra.vj. Vrtica & fixa fumoſu; ciciput aure Vrtica.
¶ Pediculus: vermis capitum a multitudine pedum ſic dictus. non deſunt ta Pediculus.
men qui peduculus dici malunt. Lucretius libro.iij. Grex turpis varius ſca-
bioſa pediculus ambit. ¶ Vmbilicus pars corporis ſatis nota & pro fine elegã Vmbilicus
ter accipitur. Philelphus ſaty.I. Pulchra quidem tentas modo fronti vmbi-
licus adſit. ¶ Vſtica mons ſabinie & inſula vicina ſicilie. Cornelius de vita ale Vſtica.
xandri. Non tales quondam ſtrepitus vſtica mouebat. ¶ Saticulus: populus Saticulus.
italie. Vergilius.vij.æneidos. Accola vulturni pariterq; ſaticulus aſper.
¶ Nouicius nouicia nouicium. nouus & quaſi qui vltimus venit. Iuuenalis Nouicius.
ſaty.iij. Iam ſedet in ripa tetrumq; nouicius horret. ¶ Craticula parua cra- Craticula.
tis. Martialis in apophoretis. Parua tibi incurua craticula ſudet ofella.
¶ Canicula parua canis ſiue latrans animal: ſiue piſcem aut ſtellam ſignificet. Canicula.
Perſius ſaty.iij. En quid agis ſiccas inſana canicula meſſes. ¶ Viticula parua Viticula.
vitis. Vergilius in diris. Dulci nanq; tumet nondum viticula baccho. ¶ Cla Clauicula.
uicula parua clauis. Germanicus in arato. Qualis ferratos ſubicit clauicula
dentes. ¶ Siticula parua ſitis. Propertius. Non tales potus ſibi noſtra ſiticula Siticula
poſcit. ¶ Cuniculus animal ſatis notu; quod voce ſed non ſignificatione aut Cuniculus
q̄titate a cunus diminutiuu; eſt. Martialis in xenijs. Gaudet in effoſſis habi
tare cuniculus antris. ¶ Cuticula modica cutis. Perſius ſatyra quinta. Sem Cuticula.
per & aſſiduo curata cuticula ſole. ¶ Tegeticula parua teges ſiue caſa, Martia Tegeticula
lis libro nono. Dat tibi ſecuros vilis tegeticula ſopnos.

## Documentum.

## E: longis deducta notes cornicula monſtrat.

¶ Multe dictiones producunt/i/ante/c/in medijs que in textu contente non
ſunt quia ex longis deriuantur. primitiuorum autem & deriuatiuorum eadẽ

eſt regula vt felicito radicitus cornicula nutricula ſequū dā longant quia felix radix cornix nutrix eandem producunt vt in crementis videre eſt.

## Documentum.

Corycus:& vaticanus:variato numicus.

Corycus ¶ Tres dictiones in textu ſequūdam ſyllabam habent communem. ¶ Corycus mons & oppidum ſicilie. Lucretius libro.iij. Corycus explicitis contra conatibus obſtat. Priſcianus in perihegeſi. Hic corycus erat ſubiectis ſtrēnu⁹ armis. Vaticanus ¶ Vaticanus vaticana vaticanum.cognomen montis Romani. Horatius primo car.ode.xx. Redderet laudes tibi vaticani montis imago (Saphicum eſt cum adonico) vbi vati trocheus neceſſario eſſe debet. Martialis libro primo. In vaticanis condita muſta cadis. Numicus. ¶ Numicus vel numicius per quattuor ſyllabas fluuius italie. Ouidius.iiij.methamorphoſeos. In freta fluminеis vicina numicius vndis. Horatius.xix.epiſtola. Brunduſium numici melior via ducat anappi.

## Differentia.

Græcum corripies: latium longabis amicus.

Amycus. ¶ Amycus græca dictio eſt incurius & mediam corripit quo nomine dict⁹ eſt vnus comitum æneе. Vergilius primo æneidos. Nunc amyci caſus gemit & crudelia ſecum. Amicus. ¶ Sed amicus nomen latinum eſt qui amat vel amatur. Ouidius in heroidibus. Rebus in aduerſis fidi noſcuntur amici. ¶ Dic ergo puer, Aeneas amycum quaſi dulcem luſit amicum.

## I:ante:d:in medijs.

I/ant/d. Ante:d:corripis:i:medijs:tamen:ido:latinum

Atq; ides quod ab eus venit.his elegidium:abydos:

Neſide:atq; chelidonia:alcides:alybida:

Belides:& dauides:faſtidio iungam

Sicq; lycurgides:& acidalus: atq; poſides.

## Et compoſta die produc:piſide variabis.

¶ I ante d in mediis corripitur vt preſidium/ſubſidiū/recidiuus.&c. ¶ Ex-
cipiuntur primo nomina latina tertie declinationis que in ido exeunt vt cupi-
do/formido/libido.&c. Dico autē latina quia græca corripiuntur vt myrmi-
do/pelido/celido.&c.quę habent onis in genitiuo. ¶ Sequū do excipiuntur
patronomica maſculina in ides quę a nominibus in eus dipthongum termi-
natis deriuantur vt theſides a theſęus. Coronides a coronęus. Promethides
a promethęus.&c.Dico autem a nominibus in eus quia ab aliis patronomi-
ca corripiuntur vt petrides a petrus. ſimonides a ſimon. Hirtacides ab hirtac⁹
&c. Demenda in textu continentur. ¶ Tertio excipiuntur duodecim dictiões
in textu. ¶ Elegidium parua elegia.i.carmen de miſeriis vel ipſa miſeria. Per- Elegidiuꝫ.
ſius ſatyra prima. Ebria veratro non ſi qua elegidia crudi. ¶ Abydos abydi. Abydos
inſule nomen. Vergilius primo georgicorū. Pontus & oſtriferi fauces tentan-
tur abydi. ¶ Neſide populi indye. Priſcianus in perihegeſi. Hinc neſidarum la- Neſide
tiſſima rura coluntur. ¶ Chelidonia herbe/auis/gemme/& regionis nomen. chelidonia
Columella libro.xj. Sæpe chelidoniā cum ſucco lapathis addes. ¶ Alcides Alcides.
hercules alcei nepos robuſtus interpretatur. Baptiſta primo parthe.ma. Mon-
ſtra quot alcides domuit quo remige cretam. ¶ Alybida priapus hortorum Alybida
deus. Vergilius in coppa. Huc alybida veni feſſus iam ſudat aſellus. ¶ Beli- Belides.
des filius vel nepos beli qui fuit rex græcorum. Vergilius.ij. æneidos. Belide
nomen palamedis & incly̆ta fama. ¶ Dauides dauide inflexionis prime & da- Dauides.
uid dauidis tertie pro eodem rege Iudeorum ſumuntur. Vtrunqꝫ autem he-
breum eſt & manu fortis vultuqꝫ amabilis latine explicatur. Fortunatus. De
magno manus dauides ſcripta reliquit. ¶ Faſtidio faſtidis eſt per indignatio- Faſtidio.
nem deſpicio & contempno. Vergilius in buccolicis. Inuenies alium ſi te faſti-
dit alexis. ¶ Lycurgides: filius lycurgi regis thebarum. Ouidius in ibin. lycurgides
Vtqꝫ lycurgiden iactauit ab equore natum. ¶ Acidalus fons in orchomeno Acidalus.
qui veneri conſecratus eſt. Vnde & ipſa acidalia dicta eſt. Martialis libro nono
Nomen acidalia meruit quod arundine pingi. ¶ Poſides poſide ſpado ſiue ca- Poſides.
ſtratus. Iuuenalis ſatyra.xiiij. Vt ſpado vincebat capitolia noſtra poſides.
¶ Quarto excipiuntur compoſita ſiue nomina ſiue aduerbia a nomine dies vt
meridies/pridie/poſtridie/pridianus/poſtridianus.&c. Sed piſide piſidarum no- Piſide.
men populi mediam ſicut primam variat. Claudianus in.ij. libro contra eutro-
pium. Finibus obliquis lydi poſidæqꝫ feroces. Priſcianus in perihegeſi. Poſt
hos piſidu[illegible] pinguiſſima rura coluntur.

### Differentia.

## Fidus duco:fides breuio:ſic perfidus apta.

¶ Perfidus perfida perfidum compoſitum a noīe fidus fida fidum eſt valde Perfidus.

fidelis & mediam longat. Ouidi. in faſt. Dulcia perfidus gaudia partit amor.

Perfidus. ¶ Sed perfidus perfida perfidum compoſitum a nomine fides fidei eſt multū infidelis & qui nullā fidem ſeruat mediāq; corripit. Verg. in Bucco. Has olim ex uuias mihi perfidus ille reliquit. ¶ Dic ergo puer. Fœdera perfidus ſtatuit quæ perfidus aufert.

## Differentia.

### De cado corripiam: de cedo occido morabor.

Occido. ¶ Occido/occidi/occiſum/ eſt interficio & mediam producit quia a cedo cedis cuius prior longa eſt componitur. Horati. in epiſto. Non hominem occidi non paſces in cruce coruos. ¶ Sed occido occidi occiſum eſt deficio & morior mediamq; corripit quia a cado/cadis cuius prior breuis eſt cōponitur. Verg. ij. æneid. Occidit imperium priami ruit iliu; & ingens. ¶ Dic ergo puer. Occidit quicumq; hominem: lege occidit equa.

Occido.

## Differentia.

### Aetolis breuians calidon: longabo britannis.

Calidon. ¶ Calidon calidonis oppidum ętolorum ſequundā breuiat & quicquid inde deſcendit. Verg. in coppa. Quod genus aut laphithis tantum aut calidone merente. ¶ Sed calidon inſula & ſylua britannie eandem longat & quicquid inde deriuatur. Lucre. lib. v. Iā tenet hūc ter quinq; dies vmbroſa calidon. ¶ Dic ergo puer. Quæ loquitur calidon nequit acceptare calidon.

Calidon.

## I/ante/ſ/in medijs.

I. ante. ſ. I/ſuper/ſ/breuia: ſed ſimplice vix reperitur.

¶ I/ante/ſ/in medijs corripitur: ſed vix aliter ꝙ in compoſitiōe reperies vt ſemiſacies eniſus ſemiſector

## Documentum.

### Aliſe cum deductis producere debes.

Aliſe. ¶ Aliſe aliſes oppidum eſt campanie in italia & mediam producit. Sili. libro. viij. Aliſe & clanio contempte ſemper acerre. Hinc eſt aliſanus/ aliſana/ aliſanum. Horati. ſatyra. viij. Inuertunt aliſanis vinaria tota.

## I:ante:g:in medijs.

I:g:breue eſt medijs nomen quod terminat:igo: I/ante/g.
Caſtigo:auriga:diapiganō:atq; quadriga:
Vectigal:faſtigia:origanon atq; fatigo:
Veſtigo:cum ſalpiga:læſtrygones educ
Adde ex piga:ſtigo:fligo:frigero:figo.

¶ I/ante/g/in medijs corripitur vt prodigus corrigia litigo.&c. ¶ Excipiuntur primo nomina tertie declinationis quę in igo terminantur vt rubigo/filigo/origo.&c. ¶ Secundo excipiuntur vndecem dictiones in textu. ¶ Caſtigo caſtigas corripio & corrigo. Iuuenalis ſaty.ij. Turpibus obſcœnis caſtigas turpia cum ſis. ¶ Auriga aurigę equorum & curruum director. Ouidius.ij methamorphoſeos. Hic ſitus eſt phaeton currus auriga paterni. ¶ Diapiganon medicamentum ex ruta confectum. Macer de virtu.her. Conficitur medici dicunt diapiganon illud. ¶ Quadriga quadrige currus quattuor habēs rotas ſed pluratiuo rectius profertur quadrige quadrigarum. Papinius in ſyluis. Impiger automedon rapidis dat lora quadrigis. ¶ Vectigal vectigalis: pecunia quę pro rerum vectura ſoluitur. Horatius primo ſermonum. Iurgatur verbis ego vectigalia magna. ¶ Faſtigium rei ſummitas. Vergilius.ij. æneidos. Euado ad ſummi faſtigia culminis inde. ¶ Origanum genus herbe. Columella libro.vj. Sepius & recte miſcetur origanon illis. ¶ Fatigo fatigas laſſo laſſas. Vergilius.iiij.æneid. Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. ¶ Veſtigo veſtigas. inquiro inquiris. quaſi more canum qui veſtigia ferarum odoratu proſequūtur. Baptiſta in epy. Quod ſuperi occultant nil veſtigare neceſſe eſt. ¶ Salpiga nomen viroſi ſerpentis in lybia. Lucanus libro nono. Quis calcare tuas metuat ſalpiga latebras. ¶ Læſtrygones: populi in italia maxime feroces. Tibullus libro.iiij. Incultos adijt læſtrygonas antiphatemq;. ¶ Tertio excipiūtur cōpoſita a quinq; dictionibus in textu. vt a piga/depigis. propigium/vropigium.&c. A fligo. profligo/confligo/infligo/&c. A frigero/refrigero/confrigero/defrigero.&c. A figo. infigo/configo/refigo.&c.

Caſtigo. Auriga Diapiganō Quadriga. Vectigal. Faſtigium Origanū Fatigo. Veſtigo. Salpiga. Læſtrigones.

## Differentia.

Tu nomen longa: ſed verbum porrigo curta.

¶ Porrigo porrigonis. nomen tertie declinationis genus eſt ſcabioſi morbi. Porrigo.

& ſequundam ſyllabam producit. Iuuenalis ſaty. ij. Vnius ſcabie cadit & porrigine porci. ¶ Sed porrigo porrigis verbum actiuum eſt pcbeo prebes. Propertius. In ripa trepidat nec habet qui porrigat aſſem ¶ Dic ergo puer. Ne me porrigo male ledat: porrigo nūmos.

Porrigo.

### Differentia.

Induo corripiam: tenebror caligo morabor.

Caligo
Caligo.

¶ Caligo caligas verbum actiuum eſt caligas induo mediam q; corripit. Tibullus. Contracta ſcabie te caligare nequis. ¶ Sed caligo caligas verbu; neutrum ſignificationis paſſiue eſt obſcuror & obtenebreſco. Baptiſta. ij. partheni. ma. Ignibus extinctis iam caligauerat antrum. ¶ Dic ergo puer. Vix bene ſe caligat quis dum caligat in vmbra.

### I: ante: l: in medijs.

I/ante/l.

I: ſuper: l: breuia: ſed achilus: aſilus: aſylum:

Et pamphilia: cobylum: crocodilus: aſyli:

Sic conchilium: agyleus: creopyle: phaſilis:

Veſpertilio: condyloma: occilo: trochilos:

Et fœnilia: ſiue petila: venilia: produc

Ile: q; quod neutrum eſt: vel quod nomen parit ilis:

Atilis hinc humilis: parilis vel dapſilis aufer.

¶ I/ante/l/ in medijs corripitur vt inquilinus/peſtilens conſilium. &c. ¶ Excipiuntur primo decem & octo dictiones in textu. ¶ Achilus homo loquax ſine labijs interpretatur. Claudianus ad eupolinū. Cui precor archanū crediſſ achilus erit. ¶ Aſilus paruum volatile eſtiuo tempore pecoribus maxime infeſtum quod & tabanus vel oſtrus vel oſtrum dicitur. Vergilius. ij. georgicorum. Plurimus alburnū volitans cui nomen aſilo. ¶ Aſylum locus eſt refugij. vnde neminē liceat extrahi vt ſunt templa cenobia & quedam priuilegiata loca. Bapt. lib. j. partheni. mari. Ipſa eſt aduerſis commune in rebus aſy

Achilus

Aſilus.

Aſylum.

ſma. ¶ Pamphilia oppidũ maxime populoſum in grecia. Papinius in ſyluis. Pamphilia.
Hunc quoq; perq; nouem tenuit pamphilia meſſes. ¶ Cobylum inſula theſ Cobylum.
ſalie. Valerius flaccus libro. iij. Cobyli latus & fatis tibi tiphy negatum.
¶ Crocodilus animal quod ſupra vmbilicu; ſpeciem habet formoſe virginis Crocodil⁹.
Infra vero horrendi drachonis vbi ergo eſurit partem deformem occultat &
amariſſime plorans viatores ad ſe aduocat: aduocatoſq; deuorat. Iuuenalis
ſatyra. xv. Aegyptus: portenta colat crocodilon adoret. ¶ Aſyli populi in ly Aſyli.
bia. Silius libro. viij. Nomen & a ſeſe populos tum dixit aſylos. ¶ Conchiliũ Conchiliũ
genus piſcis cuius ſanguine purpura optima tingitur & pro ipſa purpura aut
veſte purpurea nonnũq; accipitur. Iuuenalis ſaty. iij. Horum ego non fugia;
conchilia me prior ille. ¶ Agyleus phœbus lucanus libro. v. Iſtud agyleus Agyleus
noſtrum reuocauit in euũ. ¶ Creopylus populi & vrbis nomen in aſia. Oui= Creopylus
dius de triſtibus. Non ſibi delitias tot creopylus habet. ¶ Phaſilis: oppidum Phaſilis.
theſſalie. Lucanus libro. viij. Auſus adhuc vllis & primum parua phaſilis.
¶ Veſpertilio volatile quod circa veſperum volitat. Ouidius in faſtis. Sub Veſpertilio
noctem obſcurus tunc veſpertilio ſtridet. ¶ Condyloma condylomatis vel cõ Cõdyloma
dylomatos morbus quidam in inguine ex humore corrupto generatus. Ma
cer. de virtu. herba. Vſtum curat eas & condylomata ſoluit. ¶ Occilo occi= Occilo
las & incilo incilas eſt increpo & vitupero. Lucanus libro. v. Criminibus fal=
ſis ita nos occilat inique. ¶ Trochilos nomen auis latine regulus ſiue rex aui Trochilos.
um dicitur. Propertius. Has repetit voces turba modulante trochilos.
¶ Fœnilia: oppidum aphrice. Lucanus libro nono. Martia belligeras ſecuit Fœnilia.
fœnilia turmas. ¶ Petilia vrbis nomen in italia. Silius libro. xij. Fumabat Petilia
verſis incenſa petilia tectis. ¶ Venilia mater turni auxiliatrix latine explica= Venilia.
tur. Vergilius. x. æneidos. Cui pilumnus auus cui diua venilia mater.
¶ Sequundo excipiuntur nomina neutra tantum quæ in ile terminantur vt
cubile/monile/ſedile. &c. ¶ Tertio excipiuntur nomina adiectiua in ilis fini=
ta. quæ a nominibus deſcendunt. vt ſenilis a ſenex. virilis a vir. exilis ab ile/
iles. i. materia. Dico autem quę a nominibus deſcendunt. quia adiectiua in ti
lis/ſilis/vel xilis. que a verbis vel participijs deriuantur mediam corripiunt.
vt ſolutilis/ſeſſilis/meſſilis/flexilis/nexilis. &c. ¶ Hinc rurſus demuntur no
mina in atilis vt volatilis/fluuiatilis/aquatilis. &c. Et tres dictiones in textu
¶ Humilis & hoc humile dulcis & manſuetus. Baptiſta de morte contem= Humilis.
pnenda. Vult humiles animos vult pia corda deus. ¶ Parilis & hoc parile: Parilis
eſt ſimilis vel equalis. Lucretius libro primo. Diuidere & noctes pariles agi=
tare diebus. ¶ Dapſilis & hoc dapſile qui abunde & liberaliter donat. Proper= Dapſilis.
tius. Dijs obijt letis dapſilis vſq; fuit.

## Documentum.

**Anceps ponitur allophilus galileus abyla.**

Allophil⁹. ¶ Tres dictiones in textu mediam habent communē. ¶ Allophilus græca dictio latine alienus populus dicitur. Sedulius de apoſtolis. Allophilorū ſtupuit caterua (Saphicum eſt) Baptiſta libro. j. parth. Mari. Allophilos malāq; manu vibrabat onagri. ¶ Galileus hebrea dictio latine tranſiens vel tranſmigrans dicitur: nam galilæa tranſmigratio interpretatur. Corneli. de vita Alexandri. Prima galileas funderunt prælia gentes. Lucili. lib. ix. Nominis hoc ſupereſt galileo venit ab orbe. ¶ Abyla mons Hyſpaniæ. Silius libro vltimo. Non abyle ſummum conſcendit miles acumen. Tibullus Hos tales riſus vocis abyla mouet.

Galileus.

Abyla.

## Differentia.

## Ex græco produc: verum ex latio pilo curta.

Pilo. Pilo. ¶ Pilo pilas græcum eſt plano & equo priorem longat quare ab eo compoſita mediam producunt. ſicut depilo / expilo / compilo &c. Horatius ſaty. j. Compilaſſe putes verbum non amplius addam. ¶ Sed / pilo / pilas / latinū eſt pilos agito prioremq; breuiat quare ab eo compoſita mediam corripiunt ſicut depilo expilo compilo. Tibul. Hæc eſt quæ miſerū depilat omne genus. ¶ Dic ergo puer. Hunc male depilo cui totam depilo frontem.

## Differentia.

## Gallorum breuio: lybies maſſylia duco.

Maſſylia. Maſſilia. ¶ Maſſylia oppidum Narbonenſis gallie mediam corripit. Luca. li. iiij. Maſſylie phario: nec tantum eſt equore geſtum. ¶ Sed maſſilia regio lybie eandem producit. Idem. Ibidem. Et gens quod nudo reſidens maſſilia dorſo. ¶ Dic ergo puer. Maſſyliam longo refugit maſſilia tractu.

## Differentia.

## Vates corripias vxor longes eriphyle.

Heriphile. Eriphyle. ¶ Heriphile heriphiles ſybila tertiam breuiat. Propertius heriphile noſtras tantum ſpargebat in vrbes. ¶ Sed eriphyle vxor amphiarai eandem longat. Iuuenalis ſatyra. tertia. Occurrent multe tibi belides atq; eriphyle. ¶ Dic ergo puer. Sicut in primis dixiſti. Præuidet heriphile quæ tentat trux eriphyle

## I / ante / m / in medijs.

I. ante. m. I / ſuper / m / breuia: longis deducta: quadrimus.

Diſcrimen detrimentum vel ephimeris iſtis.

Iungis ariminum/amimone/vel opimus/arima.

Enthimema/epithima/& quę timus tibi donat.

Imen/& imentum/quod quarta parit remoramur.

¶ I/ante/m/in mediis corripitur vt patrimus/matrimus/ſpecimen &c. ¶ Ex
cipiuntur primo deriuata ex longis vt elimino/eliminas (ab hoc limen) ſubli
mis/ilimis/ſublimo(ab hic limus) apprime(ab hic primus) diſcrimino/diſcri
minas(ab hoc crimen) &c. ¶ Sequundo excipiuntur decē dictiones in textu Quadrim⁹
¶ Quadrimus/quadrima quadrimuꝫ quattuor annorum. Prudentius de fu Diſcrimen
ga criſti. Sic tenero cum coniugio pueroqꝫ quadrimo. ¶ Diſcrimen differen
tia vel aduerſitas. Vergilius primo Aeneidos. Per. varios caſus per tot di-
ſcrimina rerum. Tendimus in latiū. ¶ Detrimentū iactura ſiue dampnum. Se Detrimētū
duli. de magia. Detrimenta nocent age iam meliora ſequamur. ¶ Ephimeris Ephimeris
ephimeridis vel ephimeridos liber continens acta ſingulorum. Propertius li-
bro tertio. Et ponit duras inter ephimeridas. ¶ Ariminum oppidum italie. Ariminū.
Lucanus libro primo. Vicinumqꝫ minax inuadit ariminū & ingens. ¶ Ami Amimone
mone amimones nomen fontis in paflagonia. Propertius libro ſequundo. Te
ſtis amimone latices cum ferret in arua. ¶ Opimus/opima/opimum diues Opimus.
& abundans in hoc eccleſiaſtico. Cūctipotens. Sedulius purgator culpe venie
largitor opime vbi vulgus aſinorum cantat optime. Duarum ſyllabarum ꝙti
tate corrupta. ¶ Arima vel arimathia pagus iudee Iuuēcus venit arimathia
corpuſqꝫ petiuit Ioſeph. ¶ Enthimema/enthimematis vel enthimematos ar Arima.
gumentationis ſpecies quam latini inductionem vocant. Iuuena. Satyra. vj. Enthime-
Torqueat enthimema nec hiſtorias ſciat oēs. ¶ Epithima epithimatis vel cu ma.
iuſlibet rei ſuperpoſitio ſicut eſt amplaſtrum vel quodcumqꝫ operculum. Lu- Epithima.
ci. lib. ſequundo. Auribus intentis aſtes epithimata iungam. ¶ Excipiuntur
tertio compoſita ex dictione græca timus vel time. id eſt honor vt theotimus
polytimus ferotimus &c. ¶ Quarto excipiuntur verbalia in imen vel imen-
tum a verbis quarte coniugationis vt lenimen/lenimentum a lenio/lenis/
farcimen/farcimentuꝫ a farcio/farcis/pauimen/pauimentum/a pauio/pauis
id eſt plano & munio. Dico autem a verbis quarte: quia a verbis aliarum con
iugationum mediam corripiunt: vt tegimen: vel tegimētum: a tego/tegis/re
gimen/ vel regimentū: a rego: regis. Cauimen/vel cauimentū: a cauo: cauis.

I/ante/n. in mediis.

I/ſuper/n/curta: tricline: caminus: aginor. I. ante. n.

Deſtinatus:acynacis:atq; couinus:echinus.
Quod colo:mors donat feſtino/catinus opinor.
Paſtinaca/propino/ſupino/ſagino/cyminum.
Tintinabula/telchines/ouino/popino.
Cumq; ſalino/puluinus/mons/piſcis:& herba.
Adiectiua in vs niſi tempus materiam ve.
Significent:velut:ina:vel:inæ:ducere debes.
Hinc aſinæ:catinæ:vel femina buccina demas
Felſina:machina:fiſcina:pagina:fuſcina:dictis.
Lamina:mnemoſynes:apine:vel gauſapinarum.
Sic eleęmoſyna:euphroſine vel ſarcine:ponam.
Ruſpina:cum mutina:proſerpina:ſarſyna:ponam.
Cum ſtatina:ſibina:quatina:trutina:patinaq;.
Nundine & hinc xerampeline:& quod de mare prodit.

¶ I/ante/n/ in mediis corripitur: Vt cophinus geminus inquino. &c. ¶ Exci-
Tricline. piuntur. Primo tres & viginti dictiones in textu. ¶ Tricline triclines/vel tri-
clinium/triclinii eſt conuiuium in quo lectis diſcumbitur more vetuſto. Ma-
Caminus. nilius libro quinto. Nunc iam luxurie pars & triclinia templis. ¶ Caminus
fornax. Bapt. libro primo parthe maria. Et quedam ſcythicis calibum durata
Aginor. caminis. ¶ Aginor aginaris/res paruas & viles emo vt eas aliis vẽdam. Au-
Deſtinat⁹. ſonius in epygrammatis. Num quod aginaris tã vana mente ſuperbis. ¶ De-
ſtinatus deſtinata deſtinatum multo priuſq; fiat ordinatus. Iuuenalis ſatyra.
quarta. Et domini gladiis iam deſtinata q̃ olim: quia tamen a deſtino/deſti-
nas venit quod mediam habet correptam in alio q̃ heroico vel elego verſu ni-

hil verearis mediam corripere: quod & litterati viri perſepe fecerunt. Horatius
Namqꝫ ait. ij. car. Rapacis orchi ſiue deſtinata (iambicum eſt) tina / iambus ē
vel ſi mauis / deſti / ē trocheus. ¶ Acynacis perſicus gladius qui apud nos cul- Acynacis.
tellus calamarius recte dicitur. Valerius Flaccus lib. vj. Inſignis manicis inſi-
gnis acynace dextra. ¶ Couinus currus in quo germani ſolebant præliari. Couinus.
Cornelius de vita. Alexan. ¶ Auriga properat multum increpitāte couinus.
¶ Echinus genus piſcis terreſtre animal quod hircinū ſtulti vocāt & tegmē Echinus.
caſtanearum. Martialis in xenijs Cortice depoſito mollis echinus erit. Exqui Exquilinꝰ.
linus exquilina / exquilinum: qui extra vrbem vel collegium manet: ſicut in-
quilinus: inquilina inquilinum qui intus habitat. Seneca de hymnis. Inqui-
linorum monuit caterua. Sumere plectrum (Saphicum eſt cum adonio.)
¶ Morticinium res mortificata. Horatius in odis. Morticinoruꝫ cumulauit morticiniū
agmen ſtrage peracta (Rurſus eſt ſaphicū cū adonio) vbi morticinorum ſyn-
copate pro morticiniorū effertur. ¶ Hic itaqꝫ primitiua colo & mors ꝓ dedu
ctis cogente verſu poſui. ¶ Feſtinus feſtina feſtinum eſt velox ſicut feſtino /
feſtinas / propero properas. Vergilius ſequundo aneidos. Feſtinate viri nam q̄
tam fera moratur. ¶ Hic catinus: vel hoc catinum eſt vas in quo ignis conti
netur ad calorem ciborum retinendum. Perſius ſatyra. quarta. Cor tibi rite ſa
lit poſitum eſt algente catino. ¶ Opinor opinaris mentem inter aſſenſum &
diſſenſum ſuſpendo. Lucretius libro. iij. Sedibus infernis lemurum proceſſit
opinor. ¶ Paſtinaca genus piſcis & radicis. Macer. de Virtu. Herba. Et paſti-
nace. virtus in ſemine tantum. ¶ Propino / ꝓpinas potū fundo / vel ad potādū
incito. Propertius. Vocibus alternis ludunt & vina coronant. ¶ Supino ſupi- Supino.
nas eleuo & nares mungo. Auſonius in epy. Formoſam emunda faciē naſuqꝫ
ſupina. ¶ Sagino / ſaginas pinguefacio. Lucilius libro quinto. Pulte ſaginabo Sagino.
vires quibus illa negauit. ¶ Cyminum granum eſt q̄ cum vino candido ſum Cyminum
ptum, mortiferam inducit febrem. Perſius ſatyra. quinta. Rugoſum piper &
pallentis grana cymini. ¶ Tintinabulum illud eſt ferrum quod campanam Tintina-
pulſat: ſed pro ipſa campana frequēter ſumitur ſicut pars pro toto. Baptiſta. in bulum.
Faſtis. Aerias complent iam tintinabula turres. ¶ Telchines populi germa- Telchines.
nie. Valerius Flaccus libro quinto. Telchines rapido currunt in prelia mo-
tu. ¶ Omnino aduerbium ſatis notum. Baptiſta in epygrammati. Viri- Omnino.
bus omnino fractis mihi membra labaſcunt. ¶ Popino / popinas eſt ap- Popino.
petitum totum coquine trado: ſicut guloſi faciunt. Nam popina eſt pinguis
& lauta coquina. Cornelius de vita Alexandri. Luxibus aſſiduis ſeſe vino-
qꝫ popinant. ¶ Salinum vaſculum ſalis. Perſius ſatyra ſexta. Varc regu- Salinum.
ſtatum digitos terebrare ſalinum. ¶ Hic puluinus / vel hoc puluinar illud Puluinus.
eſt quod ſedibus / vel ægrotorum / vel voluptuoſorum ſuperponitur, vt mol-
lius ſedeant. Tibullus Mollibus in ſtratis & puluinaribus altis. &c.
¶ Sequundo. Excipiuntur nomina montium: piſcium: & herbarum que
ad hanc regulā pertinent: vt volſcini: ſconthini / collatini. Coracinus echinis:
ſtiphalinus &c. ¶ Tertio Excipiuntur adiectiua in inus / ina / inum / vt me-
diaſtinus clandeſtinus / venuſtinus. &c. ¶ Hinc tamen demutur illa que tem
pus vel rei materiam denotant: quia mediam corripiunt vt craſtinus diutinus.

ſerotinus/horotinus.&c. Adamantinus/faginus/oleaginus/fraxinus.&c.
¶ Sed veſpertinus & matutinus mediam longant. Quarto excipiuntur no-
mina fœminina quæ in ina vel ine.exeunt vt rapina/coquina/ſagina.&c.neri-
ne/adraſine heroine.&c. ¶ Hinc rurſus demuntur ſeptẽ & viginti dictiões in
Aſinæ — textu. ¶ Aſine aſines vel aſina aſinæ.oppidum in oriente.Lucanus libro.viij.
Catina — Quas aſinæ cautes & qua chios aſperat vndas. ¶ Catina næ, vel hęc catine
catines.oppidum ſicilie quam alij catanaꝫ vocant. Silius libro.xiiij. Tum cati
Fœmina — ne nimium ardenti vicina tiphœo. ¶ Fœmina ſatis liquet. Iuuenalis ſatyra.v.
Buccina — Intolerabilius nihil eſt ꝙ fœmina diues. ¶ Buccina grandis eſt tuba qua vi-
giles tempore belli excitantur ad vigilanduꝫ. Papinius decimo libro thebai-
Felſinus — dos. Horrida iam primos rumpebat buccina ſopnos. ¶ Felſinus felſina felſi-
num italie populus. Baptiſta de alphonſo. Felſina te lete genuit florentia par-
Machina. — tu. ¶ Machina cuiuſcunqꝫ rei grandis fabrica. Ouidius in faſtis. Abſona di-
Fiſcina. — ſcordem turbabit machina mundum. ¶ Fiſcina vaſculum iuncis confectū
in quo caſeus depuratur. Columella libro.xj. Preſſaqꝫ flammeola rumpatur
Pagina. — fiſcina carta. ¶ Pagina pars folij in libro vel ipſe liber. Vergilius in bucco.
Fuſcina. — Quam ſibi quę vari preſcripſit pagina nomen. ¶ Fuſcina illud eſt quo carnes
lebetibus extrahuntur vel naues ſuſtentantur. Martia.in epy. Fuſcina dente
Lamina. — minax nexu fuit anchora curuo. ¶ Lamina cuiuſlibet metalli tenue fruſtū.
Mnemoſy-ne. — Catullus in epy. Plurima fulgenti circundat lamina textu. ¶ Hæc mnemo-
ſyne nes.mater nouem muſarum quę memoria interpretatur. Baptiſta libro
Apina. — primo parthe.ma. Mnemoſyne natis iuga quę pimplea colebāt. ¶ Apina api
ne.oppiduꝫ appulie quod diomedes taliter euertit vt nihil prorſus ex eo remā
ſerit.vnde effectum eſt vt apinæ narum.pro rebus omnino vanis & inutilibꝰ
Gauſapina — accipiantur. Martia.in epy. Sunt apinæ tricęqꝫ & ſi quid vilius iſtis. ¶ Gau-
ſapina veſtis tenuiſſima qua eſtiuo tempore vti ſolent. Martialis in xenijs.
Elęmoſy-na. — Menſe vel auguſto ſumere gauſapinas. ¶ Elecmoſyna dictio græca latine
ſanctum & liberale donū explicatur. Prudentius de peccatore. Quos habet
Euphroſy-na. — errores ſupplex elemoſyna purget. ¶ Euphroſyna vel euphroſyne vna eſt gra-
tiarum latine bona leticia explicatur. Tibullus. Hos precor exhilaret noſtros
Sarcina — euphroſyna cantus. ¶ Sarcina onus vel pondus ſimul compactum. Sedulius
de conditione humana. Quid genus eſt hominum niſi multe ſarcina culpe.
Ruſpina. — ¶ Ruſpina vrbs aphrice. Silius libro tertio. Queqꝫ procul cernit non æquos
Mutina — ruſpina fluctus. ¶ Mutina mutinæ.oppiduꝫ ciſalpine gallie. Ouidius decimo
quinto methamorphoſeos. Victa petent mutinæ pharſalia ſentiet illum.
Proſerpina — ¶ Proſerpina filia cereris quaꝫ pluto ad inferna rapuiſſe fertur. Vergilius in
Sarſyna. — georgicis. Nec repetita ſequi curet proſerpina matrem. ¶ Sarſyna oppidum
vmbrie in quo plautus natus dicitur. Silius libro octauo. Vel raſtris laudan-
Statina. — de camers his ſarſyna diues. ¶ Statina ſtatinæ vel ſtatine ſtatinarum.inſula
eſt in littore campano. Statius libro tertio ſyluarum. Anariæqꝫ lacus me-
Sibina. — dios ſtatinaſqꝫ renatas. ¶ Sibina ſibine genus haſte. Ennius de bello punico
Squatina. — Cum minus illiricis reſtant ſibiniſqꝫ fodentes. ¶ Squatina genus piſcis. Ba-
ptiſta de thro.gal. Gobius hinc fertur ſquatine capiuntur in amplis.
Trutina. — ¶ Trutina trutinæ. ſtatera eſt qua res ponderantur. Perſius ſatyra prima.

¶Caſtiges trutina nec te quæſiueris extra. ¶Patina patinæ quodcunq; vas patens & latum. Perſius ſatyra.ij. Eſto age: ſed grandes patine tucetaq; craſſa (Patina.)
¶Nundi næ nundinarum locus in quo res libere cum priuilegio communi venduntur. Martialis in epygram. Nundine veſtras tetigere villas. (Saphicũ eſt). ¶Xerampeline veſtes de quibus iam bis ſupra dictum eſt. ¶His autẽ poſtremis iunges feminina quæ habent maſculinũ in imus: vt domina ab hic dominus/aſina ab hic aſinus furtina ab hic furtinus &c. (Nundine.) (Xerampeline.)

## I/ante/p/in medijs.

I:p:breue eſt medijs aliphæ:euripus:enipeus. (I.ante.p:)

Et conſtipo:ſeriphos:vel coliphia produc.

¶I/ante/p/in medijs corripitur vt antipodes æripedes euriphiles &c. ¶Excipiuntur ſex dictiones in textu. ¶Aliphæ aliphes oppidum campanie. Silius lib.viij. Aliphæ & clanio contempte ſemper acerre. ¶Coliphium panis militum luctantiũ interpretatur membrorum robur. Iuuena. ſatyra.ij. Luctantur pauce comedũt coliphia paucæ. ¶Euripus mare eſt prope boetiam quod ſepties in die fluit & toties refluit: ideoq; nomẽ habꝫ ab effectu quod irrequietus latine explicaẽ. Luca.li.v. Euripuſq; trahit curſuꝫ mutãtibꝰ vndis. ¶Enipeus fluuius theſſalie. Ouidi.j. Metha. Populifer ſperchius & irrequietus enipeus. ¶Conſtipo conſtipas/ firmo firmas/ obſtipo obſtipas/ inclino inclinas: hinc & obſtipus obſtipa/ obſtipum. i. obliquus & defixus. Perſius ſatyra.iij. Obſtipo capite & figentes lumine terram. ¶Hæc ſeriphos ſeriphi vna eſt cycladum. Papinius.j. ſyluarum. Cyclades hinc ſprete niconoſq; humiliſq; ſeriphos. (Aliphæ.) (Coliphiuꝫ.) (Euripus.) (Enipeus.) (Conſtipo.) (Seriphos.)

## I:ante:q:in medijs.

I:q:duc:ſiliqua & quæ dant alius quis agendo. (I.ante.q.)

¶I/ante/q/in medijs pducitur vt antiquus antiquor antiquitus &c. ¶Excipitur nomen ſiliqua & compoſita ab alius vel quis quę quod ſiue nomina ſiue aduerbia illa ſint vt aliquis aliquando vndiq; vtiq; reliquis reliquie &c. Iuuena. ſaty.xj. Sed laudent ſiliquas occultus ganeo pultes. Perſius ſaty.iij. Eſt aliquid quo tendis & in quod dirigis arcum. (Siliqua.)

## I:ante:r:in medijs.

I:ſuper:r:breuia medijs:collyria:egyra. (I.ante.r.)

Bechyres:buſiris:apyrina:oſiris:abiron.

Cercyra:epyrus:corcyra:coſira:papyrus.

Ac enchiridium:archymagirus:equiria produc.

Collyrium ¶ I/ante/r/in medijs corripitur vt ephyre anticyra marcyris &c. ¶ Excipiun
tur quindecim dictiones in textu. ¶ Collyrium medicamentum ſorde fluen-
tium oculorum. Horatius ſatyra.v. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Egyra. ¶ Egyra vrbs Caldeorū. Propertius. Prodiga magnanime gētis egyra fuit.
Bechyres. ¶ Bechyres populi. Priſcianus in perihegeſi. Bechyres etiā ſubſunt capaniq;
Buſiris. ſequuntur. ¶ Buſiris tyrannus & deus quidam gentilium cui carne humana
Apyrinū. ſacrificabatur. Verg. in Bucco. Aut illaudati triſtes buſiridis aras. ¶ Apyri-
num genus pomi. Martia. in xenijs. Lecta ſuburbanis mittuntur apyrina ra-
Oſiris mis. ¶ Oſiris iouis filius qui in ægypto colebatur ſub ſpecie canis. Iuuenalis.
Abiron. ſatyra.vj. Scilicet & tenui popano corruptus. oſiris. ¶ Abiron generoſus qui
dam inter filios iſrael qui propter murmurationem contra Moyſem & Aaron
ceciderunt in abyſſum. Baptiſt. lib. j. parthe. Maria. Clamabatq; ruens iam ſe
miſepultus abiron. ¶ Cercyra vrbs achaie corynthum dicunt. Baptiſt. in epy
Cercyra. grā. Hinc diues bimari cercyra crepidine ſtabat. ¶ Epyrus regio ē grecie. Oui
Epyrus. dius in faſt. Inſignes epyrus equos per paſcua nutrit. ¶ Corcyra inſula prope
Corcyra. Dalmaciam. Lucanus lib. ij. In portus corcyra tuos ſeu leua paratur. ¶ Co-
Coſira. ſira vrbs in aphryca. Silius lib. xiiij. Et bellare thebas docilis coſiraq; parua.
Papyrus. ¶ Papyrus iuncea pellis in qua quondam ſcriptitabant. Lucretius. libro. xj.
Enchiridiū Maxima ſunt humili nonnunq̄ ſcripta papyro. ¶ Enchiridiū græca dictio la-
tine manuale dicitur. Eſt enim libellus qui propter ſui bonitatem ſemper ma
nu teneri debet. Auſonius in epygrāma. Vt tibi ora tibi dedit enchiridia nemo.
Archyma ¶ Archymagirus princeps corū. Iuuena. ſaty. ix. Finxerunt pariter librari⁹
girus. archymagirus. ¶ Equiria ludi qui curſu equorum ad honorem martis Ro-
Equiria. me celebrabantur. Ouidius. iij. faſt. Altera gramineo ſpectabis equiria cāpo

## Documentum.

Tenthyra:empyrius:butyrum ſaphyrus variabis.

Tenthyra. ¶ Quattuor dictiones in textu mediam habent communē. ¶ Tenthyra ten
thyrorum vrbis nomen. Ouidius primo Triſtium. Saltus ab hac terra breuis
eſt tenthyra petenti. Iuuenalis ſatyra penultima. Qui vicina colunt vmbroſæ
Empyrius. tenthyra palme. ¶ Empyrius adiectiuum græcum latine ardens & lucens di
citur. Lucretius libro nono. Quot ſunt empyrijs rutilantia ſydera tectis.
Butyrum. Baptiſta de Gonſa. Tranſijt ad ſuperas empyria culmina ſedes. ¶ Butyrum
bouis caſeus. Macer. de virtute herbarum. Farmaca ſunt molli ſi vis commu-

ċta butyro. Philelphus ſatyra. decima. Vina bibit butyrumq; recens cum pane comedit. ¶ Saphyrus vitrum & precioſa gemma. Prudentius in pſico. Vndiq; fulgenti rutilabant colla ſaphyro. Sedulius de iudeis. Diuinum ſaphyri decorabant ordine templum. Saphyrus.

## Differentia.

Deuio producas: ſed diſſono delyro curtes.

¶ Delyro delyras compoſitum a lyra pro ſulco terræ eſt de uio/erro/ vel inſanio & mediam longat. Horatius in epiſtolis. Quicquid delyrant reges plectuntur achiui. ¶ Sed delyro delyras compoſitum a lyra pro cythara eſt diſſono & diſcordo mediamq; corripit. Lucilius libro quinto. Delyrat in primo ſummo quoq; delyrat actu. ¶ Dic ergo puer. Delyrant homines quando ſacra delyrat edes. Delyro. Delyro.

## I/ante/s/in primis.

I/ſuper/s/curta medijs: dionyſia/heliſos. I.ante.s.

Amphiſa/anchiſes/aliſum/amphryſus/eliſa.

Amphyſus/vel cambyſes/amethyſus/amiſon.

Cephyſus: vel criniſus: lariſa: donyſa.

Diuiſus: gauiſa: laliſio: cum paradiſus.

Ac aruiſia: cum deductis vſq; moratur.

¶ I/ante/s/in medijs corripitur vt abiſus/acriſia/eliſon. &c. ¶ Excipiuntur viginti dictiones in textu cum earum deductis. ¶ Dionyſia/dionyſiorū ſine ſingulari feſta bacchi qui & dionyſius nuncupatur. Statius in Syluis. Siſte precor miti tractem dionyſia baccho. Cornelius de vita Alexandri. Has facer exuuias dionyſi ſume precamur. ¶ Heliſus vel heliſos fluuij nomen. Papinius quarto Thebaidorum. Lambit & anfractu riparum incuruus heliſos. ¶ Amphiſa oppidum in phocide. Lucanus libro tertio. Phocaicas amphiſa manus ſcopuloſaq; cyrrha. ¶ Anchiſes pater enee vndiq; conſtans interpretatur. Vergi. iij. Aeneidos. Tum pater anchiſes vētis dare vela iubebat. ¶ Aliſum: oppidi nomen in aphrica. Cornelius de vita alexandri. Trudit ma Dionyſia. Helyſus. Amphiſa. Anchiſes. Aliſum

gnanimas aliſtū in prelia turmas. ¶ Amphryſus vel amphryſos fluuius theſ
Amphryſ⁹ ſalie. Ouidius primo libro methamorphoſeos. Appidanuſq́ ſenex leniſq́ am
phryſus & eas. ¶ Eliſa ſeſe interficiens explicatur quo nomine appellata eſt
Eliſa. Dido vergiliana quæ ob amorem æneæ ſeſe occidit. Ouidius in epiſtolis. Nec
conſumpta rogis inſcribar eliſa ſichei. ¶ Amphiſus totus naturalis interpre
Amphiſus tatur quo noīe dictus eſt filius driopis in fabulis. Lucilius libro tertio. Mox
amphiſus adeſt ſolers agitator equorum. ¶ Cābiſes tyrannus crudeliſſimus
Cambiſes. qui in ſcripturis natucodonoſor dicitur. Lucanus libro decimo. Cambiſes
longi populos peruenit ad eui. ¶ Amethyſus lapis qui contra ebrietatem va
Amethyſ⁹ let pro quo & amethyſtus dicitur. Catullus in epygrā. Nō vnus bromij cali
ces amethyſus habebat. ¶ Amiſon oppidum in pontho. Cornelius de vita
Amiſon. alexandri. Non ita penſilibus muris pugnabat amiſon. ¶ Cephiſus boetie flu
Cephiſus. uius. Papinius. xj. thebaid. Fatali quondam mergens cephiſus in vnda. ¶ Cri
Criniſus. niſus fluuius in appulia. Vergilius. v. æneid. Troia criniſo conceptum flumi
ne mater. ¶ Lariſa lariſæ. oppidum theſſalie. Papinius. ij. thebaid. Poſthabi
Lariſa. ta, eſt lariſa iugis atq́ ardua muro. ¶ Donyſa inſula in ægeo mari. Vergilius
Donyſa. in Ciri. Marmoreāq́ paron viridemq́ allapſa donyſaq́. ¶ Diuiſus diuiſa diui
Diuiſus. ſum. participium ſatis notum. Vergi. in bucco. Et penitus toto diuiſos orbe
britannos. ¶ Gauiſus gauiſa gauiſum participium a gaudeo gaudes. Pro
Gauiſus pertius. Non ſic dardanio gauiſus atrida triumpho. ¶ Laliſio laliſionis par
Laliſio. uus onager ſiue ſylueſtris aſellus. Martialis in xenijs. Dum tener eſt onager
ſolaq́ laliſio matre. ¶ Paradiſus. Locus voluptatis & ideo pro celeſti habi
Paradiſus. taculo ſumitur vbi æterna eſt voluptas & requies. Sedulius lib. j. Cuncta
gubernantē quem paradiſus habet. ¶ Aruiſium promonthorium in inſula
Aruiſium. chio. Vergi. in bucco. Vina nouū fundam calathis aruiſia nectar.

## I: ante: t: in medijs.

I/ante/t. I: t: breue eſt medijs: aconita: mephitis: alites:

Coryte: amphitrite: heraclytus: cathamithus:

Berytus: vel cocytus: corbite: aphrodite:

Ilithya: galerita: oritæ: paraſitus:

Hamerochita: valitudo: ſimul: hermophroditus:

Inuito: idolothytum: paralyticus: addam

Scriblita: inuitus: luſitana: ac orithya.

Quæ maurus:niciteriũq; & nomine ducta:

Itus:& ita:vel itis:& ites:itos:& itim.

¶ I/ante/t/in mediiſs breuiatur vt lechytus/natalitius/patritius.&c. ¶ Exci
piuntur primo viginti ſeptem dictiones in textu. ¶ Aconitum venenoſa, her Aconitum
ba frequens in lybia qua homines ſepe intoxicantur. Ouidius.j.methamor=
phoſeos. Lurida terribiles miſcent aconita nouerce. ¶ Hæc mephitis fetor Mephitis.
qui ex ſulphuratis cauernis erumpit.& pro ſordido anhelitu recte accipitur.
Perſius ſatyra.iij. Gutture ſulphureas lente exhalante mephites. ¶ Alites Alites
alite.populus germanie. Sidonius.ij. panegyrico. Ballonothus rugus bur=
gundio veſus alites. ¶ Corithe corithes vel coritha corithæ. queuis/equa/ Corithe
nobilis & excellens. Iuuenalis ſatyra.viij. Sed venale pecus corithæ poſteritas
et. ¶ Amphitrite amphitrites vxor neptuni & pro ipſo mari recte ſumitur. Amphitri=
Ouidius.j.methamorphoſeos. Margine terrarũ porrexcrat amphitrite(ſpõ te.
daicus eſt verſus) ¶ Heraclytus philoſophus qui propter miſerias hominum Heraclyt⁹.
aſſidue flebat. Lucretius libro.ix. Heraclytus init quorũ dux agmina primus
¶ Cathamithus maſculus quo olim loco meretricis abutebantur. Auſoni⁹ Cathami=
in epygrammatis. Aut iouis elyſij tu cathamithus eris. ¶ Berytus: oppidũ thus
phœnicie. Lucilius libro.ix. Nec minus auxilium populo berytus agebat. Berytus.
¶ Cocytus fluuius inferni luctus latine explicatur. Vergilius.vj.æneidos. Cocytus.
Cocyti ſtagna alta vides ſtygiamq; paludem. ¶ Corbita nauis oneraria quę Corbita.
in ſupremo corbem pro inſigni geſtat. Valerius flaccus libro.v. Mercibus ex=
pletis fertur corbita per vndas. ¶ Aphrodite huius aphrodites vel hęc aphro Aphrodite
dita aphrodite eſt nomen veneris quę ex ſpuma teſticulorum ſaturni in mare
lapſorũ nata fingitur. Lucretius libro.iiij. Fluctibus equoreis aphrodite no
mina ſumit. ¶ Ilithya: Iuno vel diana quę quondam puerperijs fauere crede Ilithya.
batur. Ouidius.ix.methamorphoſeos. Prepoſitam timidis parentibus ili=
thyam(Verſus eſt ſpondaicus) ¶ Galerita auis quam alaudam dicunt. Sere Galerita.
nus. Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt. ¶ Orite populi indie Orite
Priſcia. in perhegeſi. Oritas aribaſq; ſimulq; liniq; arachotas. ¶ Paraſitus Paraſitus
qui menſas conuiuantium cibi vel potus gratia ambit & perluſtrat. Iuuena=
lis ſatyra.iiij. Ad cœnam quoties paraſitus venerit infans. ¶ Hamerochita Hamero=
fluuius & oppidum indię. Cornelius de vita alexandri. Hamerochita ſuas aci= chita.
es in prelia miſit ¶ Valitudo ſanitas vel ægritudo ſequundũ adiectiuum illi Valitudo.
addictũ. Horatius in epy. Gratia fama valitudo contingat abunde:ego tamẽ
profero & aliis proferendum cenſeo valetudo per/e/in ſequũda ſyllaba. Dici
mus enim valeo vales & non valio valis. ¶ Hermaphroditus mercurij & ve Herma=
neris filius qui vtrumq; habebat ſexum. Martialis. libro.x. Odit amatrices phroditus.
hermaphroditus aquas. ¶ Inuito inuitas.prouoco & excito. Baptiſta in buc Inuito.
colicis. Blandimenta mouent quem nulla inuitat orexis. ¶ Idolothytum eſt Idolothy=
quicquid idolo immolatur. Prudentius de Iudeis. Dẽtibus infectis idolothy tum.
ta comedit. ¶ Paralyticus qui ſoluta vndiq; habet mẽbra. Sedulius de mira Paralytic⁹
culis criſti. Viribus obtentis mox hinc paralyticus iuit. ¶ Scriblita delicate Scriblita.

placente ſpecies.Martialis libro tertio.Circulata diu menſis ſcriblita ſequu̅-
Inuitus. dis.❡Inuitus inuita inuitum non voluntarius. Vergilius ſexto æneidos.
Luſitania Inuitus regina tuo de littore ceſſi.❡Luſitania vel luſitana:regio eſt hiſpanie
Orithya. Silius libro.iij.Hos variatus agit luſitanu̅q; remotis.❡Orithya nome̅ nym-
phæ. Ouidius ſexto methamorphoſeos.Dilectaq; diu caruit deus orithya.
mauritania (Spondaicus eſt verſus)❡Mauritania regio mauroru̅.Martialis in xenijs.
Niciteriu̅ Cœnabant pictis ita mauritania menſis:❡Niciterium precium quod pro vi-
ctoria datur. Iuuenalis ſaty.ij. Et cyromatico fert niciteria collo.❡Sequu̅-
do excipiuntur deriuata ex alijs nominibus.❡In itus ſicut maritus/auitus
auritus.&c.❡In ita ſicut moabita/paleſtrita/leuita.&c.❡In itis ſicut ſama-
ritis/leuitis/ſunamitis.&c. ❡In ites ſicut leuites/gadites/ſamites.&c.
❡In itos ſicut choritos/meritos/lechitos.&c. ❡Et aduerbia in itim ſicut
viritim/pueritim/mulieritim.&c.

## Documentum.

## Fortuitus:pituita:aquitania:tu variabis.

Fortuitus. ❡Tres dictiones in textu/i/ante/t/in medijs variant.❡Fortuitus fortui-
ta fortuitum contingens & euentuoſus. Papinius.xij.thebaid. Aequa & for-
tuito ducte quater aggere pinnæ. Seneca in hercule furente. Fortuitoru̅ ſtre-
Pituita. pitus malorum(Saphicum eſt)❡Pituita malus humor qui e cerebro de-
fluit. Horatius in epiſtolis. Precipue ſanus niſi cum pituita moleſta eſt. Per-
Aquitania ſius ſatyra.ij. Sopnia pituita qui purgatiſſima mittunt. ❡Aquitania regio
& pars gallie. Auſonius in epygra̅matibus. Surgebat latis pugnax aquitania
terris. Tibullus lib.j. Hunc fore aquitanas poſſet qui fundere ge̅tes.

## Differentia.

## Titius:e:verbo produc:a nomine curta.

❡A dictiuum in titius titia titium deſcendens a verbo vel participio me-
diam producit vt fictitius/factitius/ſcriptitius.&c.❡Sed deſcens a nomine
eandem corripit.vt patritius/ſtramentitius/lateritius.&c.

## Differentia.

## Condio conditus longat:ſed condo retractat.

Conditus. ❡Conditus condita conditum a verbo condio condis condiui conditum.i.
cibos ſapere facio.mediam habet longam. Claudianus in epy. Illi eſt lingua
Conditus grau[i] ſemper condita lepore.❡Sed conditus condita conditum.a verbo co̅-

do condis condidi conditum. i. fabrico vel occulto eandem breuiat. Ouidius de triſtibus. Diſcreto grauius comburit conditus ignis. ¶ Dic ergo puer. Conditus capus eſt materna conditus archa.

### Differentia.

## Pro pharetra duco corytus: pro vrbe retracto.

¶ Corytus pro pharetra mediam longat. Vergilius. x. æneid. Corytiq; leues humeris & letifer arcus. ¶ Sed corytus pro oppido italie eandem breuiat. Vergilius. vij. æneid. Hic illum coryti tyrrhena a ſede profectum. ¶ Dic ergo puer. Corytus bonus eſt corytus quem in prelia mittit. Corytus Corytus.

### Differentia.

## Ex ira produc: verum ex ratus irrito curta.

¶ Irrito irritas compoſitum a nomine ira eſt prouoco & ad iram cõmoueo: mediamq; producit. Vergilius decimo æneidos. Irritatq; virum telis & voce laceſſit. ¶ Sed irrito compoſitum a nomine ratus rata ratum eſt infirmo & euacuo. Prudentius de euuangelicis verbis. Omnia quę doctor tradit malus irritat hoſtis. ¶ Dic ergo puer. Me latro irritat qui partos irritat aſſes. Irrito Irrito.

### I: ante: u: in medijs.

## I: ſuper: u: produc: niniue: rediuiuus & inde
## Symbriuius ſemper tu corripuiſſe iuberis.

I/ante/u.

¶ I/ante/u/in medijs producitur vt deriuo/conniueo/ſaliua. &c. ¶ Excipiũtur tres dictiones in textu. ¶ Niniue niniuarum vel hęc niniue niniues. oppidum in iudea. Manilius libro vltimo. Hinc niniuas adijt comitatus milite pauco. ¶ Rediuiuus rediuiua rediuiuum de illo dicitur quod poſtꝗ mortuũ videtur reuiuiſcit. Propertius. Plaga recrudeſcit tali rediuiua dolore. ¶ Symbriuius: fluuius in aphrica. Silius libro. viij. Symbriuio raſtriſq; domant æquicola rura. Niniue. Rediuiu⁹. Symbriui⁹.

### I: in vltimis.

## I ſub fine moror hinc ſicuti moly vocanſq;

I/i vltimis

Sicuti. Moly.

¶ I/in fine dictionis producitur: vt domini ſui audi veſperi &c. ¶ Excipiuntur. Primo due dictiones in textu. ¶ Sicuti ſimilitudinis aduerbium. Lucilius libro nono. Sicuti magnanimum decet ille in prælia fertur. ¶ Hoc moly herba mirabilis efficacie ad ægritudines curandas. Baptiſta in epygramma. Moly quod infuſo curabat vulnera ſucco. ¶ Sequundo excipitur omnis vocatiuus in/i/ tertie declinationis vt tethy/ themy/ amarili/ alexi &c. ¶ Vergilius in Buccolicis. Mirabar cur mœſta deos amaryli vocares. Idẽ. O crudelis alexi nihil mea carmina curas. ¶ Dico tertie declinationis quia ſecus fit in ſequunda vt anthoni vincenti laurenti &c.

## Documentum.

Cui/mihi/ſiue/tibi/ſibi: vbi: ibi niſi græcum.

In t erno nomenq; ſimul non flexile muta.

¶ Octo ꝑticule in textu & datiuus græcus: ſicut palladi tethydi phyllidi &c. Et nomen indeclinabile: ſicut mely/ gomi/ nauci vltimam habet communem. Particule autem manifeſtiores ſunt ꝙ quibus multa exemplificatio debeatur. Sed de datiuo græco teſtis eſt catullus: qui de coma berenices ait. Luce autem prima tethidi reſtituor. Et idem in argo dicit. Tum thetidi pater ipſe iugandum pelea ſenſit. De indeclinabili nomine. Audi qd Corne. de vita Alexand. dicat: Gomi per irriguos manabat ab arbore campos. Et paulopoſt Gomi per virides hubertim labitur hortos.

Τέλος.

In te IESV ſpes mea recumbit.

## Petri Pontani Ceci Brugenſis. In Artem Verſificatoriam liber ſextus.

### De littera / o / in primis medijs & vltimis ſyllabis.

### O/ante/B/in primis.

ANTE B

Protrahis/o/ſoboles obelus ſobaruſq;.
Ac obolus/ vel cum preſint duo conſona curtas.

¶ O/ante/b/i primis pducitur: vt gobius
gobio/gobergum &c. ¶ Excipiuntur. Primo quattuor dictiones in textu.
¶ Soboles generatio. Verg. in bucco. Chara deum ſoboles magnū iouis in= Soboles.
crementum. Ego tamen ſuboles per/u/a/verbo ſuboleo ſuboles rectius pro=
ferendum eſſe arbitror. ¶ Obelus eſt veru quo in ſcripturis ſuperflue additū Obelus.
ſolet notari. Petrarcha in epiſt. Ad andream poetam. Verit ariſtarchus obelis
armatus acutis. Pro eodem dicis & obeliſcus. Verg. de roſis. Hæc peperit pri=
mi veſtigia celſa obeliſci. ¶ Sobarus/ſobara/ſobarum / vehemens & fortis. Sobarus.
Verg. in æthna. Aſperior ſobaris & quedam ſordida fax eſt. ¶ Obolus genus Obolus.
ponderis & monete. Priſcianus de ponderibus. Nā nihil his oboloue minus
maiuſue talento. ¶ Sequendo. Excipiuntur dictiones omnes q̄ habent duas
conſonantes ante/o/vt probo glomero globo &c.

### Documentum.

Que dat/ob/adiunges breuibus: ſed obex variabis,

¶ Compoſita ex præpoſitione/ob/ſicut obio/obis/obeſus/obeſa/obeſum/ob=
ortus/oborta/obortum/primā corripiūt. ¶ Sed nomen obex (.i. obſtaculū) Obex.
priorem variat. Silius libro. iiij. Et fidos certat obices arceſſere ſylua. Vergi=

lius Aeneidos decimo. Ecce maris magna claudit nos obiice pontus.

## O/ante/c/in primis.

O.ante.c. Ante/c/corripis/o/cocalia/dochimus/ocys.

Cocalide/voces/procerus/pocula/phoce.

Ocia/cocytus/phocis/boca/ocyma/phoca.

Cocota/oceanus/oca/ocyron/remoramur.

¶ O/ante/c/in primis corripitur. vt oculus voco focus &c. ¶ Excipiūtur de
Cocalia. cem & octo dictiones in textu. ¶ Cocalia locus in quo aues multe nutriunē
Dochimus Cornelius de vita Alexan. Conſona triſtatā reficit cocalia mentem. ¶ Dochi
mus pes metricus ex bachio & iambo. i. prima breui duabus longis; quarta
breui & vltima producta conſtans vt doceremini. Ruffinus/ Rethoricas pul
Ocys. chre ſtructuras dochimus ornat. ¶ Ocys. i. velox hinc ſunt ocyter/ocyus/
ocyſſime/&c. Perſi. ſatyra. v. Ocyus ad naues nihil obſtat quin trabe vaſta.
Cocalide. Cocalide populi in aphrica. Silius lib. iiij. Cocalidum inſidijs & gētis fraude
Boces. doloſa. ¶ Boces piſces ſunt de genere cancrorū. Ouid. de triſt. Circūfuſa ma
Procerus. gis complebant littora boces. ¶ Procerus/ pcera/ pcerum: eſt longus/ lōga/
Poculum. longum. Verg. ix. æneid. Proceram arata geſtabat cuſpide pinum. ¶ Poculū
Phoce. vas potorium. Verg. in Bucco. Inſanire libet quoniā tibi pocula ponā. ¶ Pho
ce phoces & p eodem phocena vel phocia oppidū theſſalie. Corne. de vi. alex.
Ocyum. Languida bellorū mittebat corpora phoce. ¶ Ocyū notum eſt hinc ocyoſus
ocyoſa/ocyoſum/ocyoſe/ocyor/ocyaris. &c. Ouidi. de re. amo. Ocya ? tollas
Cocytus. periere cupidinis arma. ¶ Cocytus infernalis fluuius latine luctus interptat
¶ Claudianus in epy. Eruptat cocytus aquas q̄ ſulphura gignūt. ¶ Phocis
Phocis. phocidis regio boetie cōſecrata muſis. Bap. j. par. ma. Sꝫ neqꝫ pierij fontis ne
Boca. qꝫ phocidis vndæ. ¶ Boca nomen piſcis q halecis ſimilitudinē fere hꝫ. Auſo.
Ocymum. in epy. Non quęſitū halec: ſed macra/ boca fuit. ¶ Ocymū herbarum ꝯmixto
quā barbari ſaladā vocāt. Perſi. ſaty. v. Cū bn̄ diſcincto cātauerit ocymaverne.
Phoca. ¶ Phoca/phoce marinus vitulus. Ouid. j. Meth. Nūc tibi deformes ponunt
Cocota. tua corpora phoce. ¶ Cocota oppidi nomen ī paflagonia. Ruffus in arato. Di
Oceanus. ruta nunc marcet. quondā cocata vigebat. ¶ Oceanus deus maris vel ipſꝫ ma
Oca. re. Lucanus libro. j. Oceani tumidas remo cōpeſcuit vndas. ¶ Oca nomē in
ſule ppe lybiā. Priſci. in periheg. Hinc lybicos flatus capitaliter oca receptat.
Ocyron. ¶ Ocyron fluuius macedonie. Lucre. li. vij. Ocyron tumido rūpebat gurgi
te ripas.

## Documentum.

Locuſta & procyon recte variare licebit.

¶ Due dictiones in textu. Primam habent cõmunem. ¶ Locuſta breuis be Locuſta.
ſtiola: qua Ioannes Baptiſta veſcebatur in deſerto. Iuuẽcus Mandere locuſtas
ſolitus ruralibus aruis. Gregorius. Cui latex hauſtũ ſociata paſtum mella lo
cuſtis( Saphicũ eſt cũ adonio) ¶ Procyon græca dictio latine anticanis dr̃. Procyon.
Eſt em̃ ſtella q̃ immediate p̃cedit caniculam. Bapti. ij. parthe. Ma. Ceperat &
claros ꝓcyon abſcõdere vultus. Idẽ. Ibidem. Poſt rapidũ leporem iugulas &
procyon viſũ.

## Differentia/

### Tegmen produco: ſed ferrum curto focale.

¶ Hoc focale/ focalis/ duas hꝫ ſignificantias. ¶ Vno quippe modo eſt tegmẽ Focale.
capitis vſqꝫ ad fauces demiſſum: que delicatiuiculi ꝓfeſſores quondam vti ſo
lebant: & tunc primam longat. Marti. in apophoretis. Hoc focale tuas afferat
auriculas. ¶ Altero modo eſt ferrum: quo voluptuoſorũ hoĩm capilli criſpã Focale.
tur & eandem breuiat. Horati. ſermo. xiij. Faſciolas cubitale focalia potus vt
ille. ¶ Dic ergo puer. Vtor focali crines non orno focali.

## O/ante/d/in diſſyllabis.

### O/d/tibi longant diſſyllaba: ſed modus inde. O. ante. d.

### Et modo/ ſiue rhodus/ vel odor/ deducere/ debes.

¶ O/ante/ d/ in diſſyllabis longatur: vt nodus/ oda/ nodo/ nodas &c. ¶ Exci= Modus.
piuntur quattuor dictiões in textu. ¶ Modus certa rerũ mediocritas. Hora. Modo.
ij. ſermonum. Eſt modus in rebus ſunt certi deniqꝫ fines. ¶ Modo aduerbiũ Rhodus.
ſatis notũ. Perſi. ſaty. j. Quiſquis es o mõ quẽ ex aduerſo dicere feci. ¶ Rho=
dus vel rhodos inſula clariſſimis nobilitata annalibus. Ouid. iiij. Meth. Di= Odor.
ligis hanc vnã. nec te clymeneqꝫ rhodonqꝫ. ¶ Odor/ vel odos/ odoris nomen
ſatis notum. Verg. vj. Aeneid. Nares heu neſcis funeſto infeſtat odore.

## O/ante/d/in poliſyllabis.

### Curtat/ o/ d/ polydos/ dodona/ hinc zodiacuſqꝫ.

¶ O/ ante/ d/ in poliſyllabis breuiatur vt podiũ/ ſodalis odiũ &c. ¶ Excipunt̃ Dodona.
due dictiões in textu. ¶ Dodona ſylua cõſecrata ioui & veneri. Verg. j. geor. Zodiacus.
Deficerẽt ſylue & victũ dodona negaret. ¶ Zodiacus ſignifer orbis latine cir
culus aĩalis explicat̃. Cicero. in arato. Zodiacũ hũc greci vocitãt nr̃iqꝫ latini

## O/ante/f/in primis.

O/ante/ſ. O:ſuper:ſ:primis ſemper curtare iuberis.

¶ O/ante/ſ/in primis corripitur vt proficiſcor/oſella/profugus.&c. ¶ Sed
Pro. de particula pro habes latius in primo libro.

O:antte:g:in primis.

O/ante/g. O:g:moror:vogeſus:bogus:& logos:ac toga:curtis

Cum rogo:ſiue rogum:rogus:& roga:iungere debes.

cus de euuangelijs. Maxima florigero zabuloni gaudia prõpſit.

## V/ante/m/in medijs.

V/ante/m. V: ſuper: m: produc: mentum breuibuſq; relata

Autumo: cum cucuma: columen: lucumo: cacumiſq;:

Irumo: cruſtumium: vel cruſtumeri: emolumentum:

Poſthumus: incolumis: columella: hinc demere debes.

¶ V/ante/m/in medijs lõgatur vt legumẽ/acumẽ/argumentũ.&c. ¶ Exci
piuntur primo nomina in mentum quę a verbo ſequũde cõiugationis deſcẽ=
dunt vt documentum a doceo. Nocumentum a noceo. Monumentum a mo=
Autumo. neo.&c. ¶ Sequũdo excipiuntur illa quę ex breuibus manifeſte deriuantur.
vt decumus a decimus cotumax contumelia a tumeo.&c. ¶ Tertio excipiun
tur duodecem dictiones in textu. ¶ Autumo autumas eſt exiſtimo ſiue re=
Cucuma puto. Horatius.ij.ſermo. Autumat hæc populos hęc magnos formula reges
Columen. ¶ Cucuma: illud vas eſt æreum in quo aque ad quancunq; voluptatem ca=
lide conſeruantur. Martialis lib.x. Extruxit cucumam fecit otacilius. ¶ Co=
lumen columinis cuiuſlibet rei ſuſtentaculum. Silius lib.xv. Auſonij colu=
Lucumo men regni pulcherrima proles. ¶ Lucumo lucumonis populus thuſcie. Au
Cucumis. ſonius ad theonem. Anticyramq; bibas ſamij lucumonis acumen. ¶ Cucu
mis vel cucumer huius cucumeris legumen ex cuius granorum tegminib⁹
lagene peregrinis non parum apte conficiuntur. Vergilius in coppa. Et pendet
Irumo. iunco ceruleus cucumis. ¶ Irumo irumas. rem inhoneſtã & relatu indignã
facio. Martialis lib.ij. Quę faciat duo ſunt irumat aut futuit. Verſum hunc
queſo honeſte lector auditoribus ne aperias. Nos autem (arte ſic exigẽte) ni=
cruſtumiũ hil pretermittere oportet. ¶ Cruſtumiũ oppidum & fluuius italie. Lucanus

lib.ij.Cruſtumiūq; rapax & iunctus ſapis iſauro. ¶ Cruſtumeri cruſtume-rorum.populi italie quorum oppidum cruſtumerum ſingulariter dicitur. Vergilius.vij.æneid. Ardea cruſtumeriq; & turrigere autemne (Spondaicus eſt verſus) ſine obſeruatione ſynalephæ) ¶ Emolumētum emolumenti. vtilitas vel premiū. Iuuenalis ſatyra tertia. Nullus in vrbe locus nulla emolumenta laborū. ¶ Poſthumus mi.is eſt qui poſt humatum patre; naſcitur. Vergili⁹ vij.æneid. Siluius albanum nomē tua poſthuma proles. ¶ Incolumis fortis & ſanus. Horatius de arte poetica. Incolumi grauitate iocum tentauit eo q;. ¶ Columella maior e duobus domini famulis. Lucilius lib.iiij. Lucili columella hic ſitus metrophones (Verſus eſt penthameter) ſed littera/ſ/in dictione ſitus ſupprimitur.

Emolumētum. Poſthum⁹ Incolumis Columella

## V:ante:n:in medijs.

V:ſuper:n:longum eſt:hinc albunea:albunecarq;. — V/ante/n.

¶ V/ante/n/in medijs producitur vt lacuna/lacunar/ lecunius.&c. ¶ Excipiuntur due dictiones in textu. ¶ Albunea montis & fontis nomen in latio Vergilius.vij.æneid. Cōſulit albunea nemorū quę maxima ſacro. ¶ Albunecar albunecaris generale nomē regum hybernie. Baptiſta de exhorta. Albunecar niueis acies ſuperare quadrigis.

Albunea Albunecar

## V/ante/p/in medijs.

(Ni marſupium:arupinus) vox corripit:v:p: — V/ante/p.

¶ V/ante/p/in medijs breuiatur vt vpupa/ætupus/ cēturupe.&c. ¶ Excipiūtur due dictiones in textu. ¶ Marſupiū: grandior pecuniaria crumena ꝓprie mercatorum. Prudentius in pſicomachia. Conſpicias tineis etiam marſupia crebris. ¶ Arupinus populus macedonie. Tibullus lib.iiij. Teſtis arupinus & pauper natus in armis.

Marſupiu; Arupinus

## V:ante:r:in medijs.

V:ſuper:r:produc:hinc auxurus:& amuratus: — V/ante/r.

Centurupe:ligures:lemures: biturix: camuruſq;:

Decurio:vel centurio:ſaturo quoq; vultur:

Purpura:mercurium:maſurus:tugurum:ſaturea.

Saturius / ſatura / & quæ dant / rio / demere debes:

Duco ſcaturit / vel cucurit / ſiue ligurit.

¶ V / ante / r / in mediis longatur vt pœnuria æthruria iturei &c. ¶ Excipiunt
Auxurus. Primo decem & octo dictiones in textu. ¶ Auxurus ſine nouacula latine in=
terpretatur quo nomine dictus eſt iuppiter in italia qui ſub forma imberbis
iuuenis colebatur. Vergili. vii. Aeneid. Cyrceumq3 iugum quis iuppiter au=
Amurat⁹. xur⁹aruis. ¶ Amuratus populus hongarie. Baptiſta de exhorta. Iura dabāt
Centurupe populis quondam fortes amurati. ¶ Centurupe oppidum ſicilie. Lucre. li. ix.
Ligur. Centurupe magnas hinc explicat ardua vires. ¶ Ligur vel ligus huius ligu=
ris populus cuius metropolis genua nūcupatur. Papinius in ſyluis. Alta pha
Lemur. retrati ligures ad mœnia currunt. ¶ Lemur lemuris malignus eſt ſpiritus q
nocturna fantaſmata hominibus generat. Priſcianus in perihegeſi. Atq3 ma=
Biturix. los lemures quod pellit munus iaſpi. ¶ Biturix biturigis / vel biturus / bituri
Camurus. populus gallie. Lucanus li. i. Et biturix longiſq3 leues axones i armis. ¶ Ca=
murus / camura / camurum. Incuruus / incurua / incuruum. Anienus in arato.
Decurio. Sic camurus ardet ꝑtractibus haud tibi ſignis. ¶ Decurio princeps & rector
decem curionum qui magiſtratus erant apud Romanos. Propertius. Nō mi
Centurio. hi ſunt magni decurionis opes. ¶ Centurio capitaneus: qui centum milites
ſub ſe habet. Perſius ſaty. iiii. Hic aliquis de gente hyrcoſa centurionum. Cē=
turia vero eſt ipſa turba centum militum. Sidonius in. iii. panegyrico. Nō ti=
Saturo. bi centurias aurum populare parauit. ¶ Saturo / ſaturas eſt ſatio / vel impleo.
Vultur. Verg. i. Georg. Nec ſaturare fimo pingui pudeat ſola neue. ¶ Hoc vultur vul
turis vulturium vulturii: & hic vultur / vulturis / pro eadem aue. dicis eadem
etiā q̄titate ſeruata. Tibullus. Vulture plumoſo cetera turba fugit. Catullus
Suſcitat & cano vulturium capiti. Ennius vulturis in ſyluis miſerum mande
Purpura. bat homonem. ¶ Purpura purpure precioſus pannus quo ſoli imperatores &
conſules ſolebant indui. Sedulius lib. iii. Contractum rutilans occultat pur=
Mercurius pura crimen. ¶ Mercurius nomen felicis planetæ & dei qui nuncius deorum
eſſe fingitur. Perſi. ſatyr. vi. Sum tibi mercurius / venio deus / huc ego / vt ille.
Maſurus. ¶ Maſurus vel maſurius generale nomen iuriſconſulum. Perſius ſatyra. v.
Tugurium Excepto ſi quid maſuri rubrica vetauit. ¶ Tugurium tugurii (quod per treis
ſyllabas verſus gratia in textu ꝓfero) eſt paſtoralis caſula ſiue domūcula. Ver
Saturea. gi. in Bucco. Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. ¶ Hæc ſaturea ſa
tureæ ſine plurali vel hæc ſaturea ſatureorum ſine ſingulari nomen eſt herbæ q̄
tymbræ ſimilitudinem refert. Colume. lib. xi. Et ſaturea thymi referens tym
breq3 ſaporem. Martia. libr. iii. Improba: nec proſunt iam ſaturea tibi. ¶ Sa=
turius nomen fuit decurionis cubicula. iorum domitii: ſed pro quolibet ma=
Saturius. gnifico & ſuperbo recte ſumitur. Marti. lib. iii. Saturioſq3 modos ꝑthenioſq3
ſonas. ¶ Satura ſaturæ oppidum lybie. Lucre. libro. xi. Exiguam nec tu ſatu
Satura. ram aſpernabere princeps. ¶ Sequundo excipiuntur verba que in rio exeūt &
quicquid inde deriuatur: vt eſurio parturio lecturio luxurio &c. Sic eſuries lu
Scaturio. xuria vel luxuries micturio &c. ¶ Hinc tñ rurſus tria demuntur. ¶ Scaturio

ſcaturis abunde fluo. Prudentius de diuinis myſteriis. Petra dei iuſſu potum
largita ſcaturit. ¶ Cucurio cucuris proprium eſt cantantis gali. Ouid. de phi Cucurio.
lomela. Cucurire ſolet galus/ galina gracillat. ¶ Ligurio liguris eſt delicate Ligurio.
& cum moroſitate quadam manduco vt ſolent in magnis conuiuiis ſeniores
Horati. ij. ſermo. Tractauit calicem manibus dum furta ligurit.

## V/ante/s/in mediis.

V/ſuper/s/longum eſt: ſed brunduſium/peruſinus. V. ante. s.

Blanduſia atq3 ebuſus/ vel caduſij/ ſociando,

Et canuſum breuia: venuſinus rite mouetur.

¶ V/ante/s/in mediis producitur vt meduſa/ creuſa hieruſalem &c. ¶ Exci-
piuntur ſeptem dictiones in textu quarum vltima variatur. ¶ Brunduſium/
brunduſij appulie oppidum. Horati. ſaty. v. Brunduſium longe finis chartæq3 Brunduſiū.
vieq3. ¶ Peruſinus peruſina/ peruſinū eſt æthruſcus/ ca/ cu3. Propertius. lib. j.
Si peruſina tibi patrie ſunt nota ſepulchra. ¶ Blāduſia pagus ſabinorū in quo Peruſinus.
poſſeſſiones ſuas horatius habebat cui: ita loquitur lib. tertio carmi. O fons Blanduſia.
blanduſiæ ſplendidior vitro (verſus eſt aſclepiadeus) ¶ Ebuſus inſula aphrice
Silius lib. iij. Iamq3 ebuſus phoeniſſa mouet: mouet artabus arma. ¶ Cadu Ebuſus.
ſij populi macedo. Priſcianus in perihegeſi. Poſt hos caduſij pinguiſſima rura Caduſij.
colentes. ¶ Canuſium canuſij oppidum italie. Horatius ſaty. v. Nam canuſi la
pidoſus aquæ nō ditior vrna. Vbi apocope eſt canuſi pro canuſij quā & in textu Canuſium.
verſus ſeruari voluit. ¶ Venuſinus venuſina venuſinum eſt daunius/ daunia/
dauniū: vel horatianus/ horatiana/ horatianum. Nam venuſia dauniorū fuit Venuſinus
colonia in qua & horatius natus atq3 conuerſatus creditur. Iuue. ſaty. j. Hæc
ego nō credā venuſina digna lucerna. Idē. vj. Malo venuſinā ꝙ te cornelia ma-
ter.

## V/ante/t/in mediis.

V/t/longabis: niſi defruta/ vel diuturnus V. ante. t.

Arbutus/ ac calliſtrutia/ & quæ curta reponunt.

¶ V/ante/t/in mediis longatur vt actutum argutus preputium & omnia cō
poſita a futo futas: ſicut ꝯfuto/ infuto/ refuto &c. ¶ Excipiūtur. Primo quat
tuor dictiones in textu. ¶ Defrutum eſt dulcis potus quem claretu3 ex ultū Defrutum
multi vocant. Propertius. Dulcia iucundus defruta potus erit. ¶ Diuturnus Diuturnus
per quattuor ſyllabas eſt multum diuq3 durans. Ouidius in ibin. Corpore lu
ſtrauit non diuturna ſuo, reliqua tamen compoſita a diu rectius producuntur

ſicut diutius/diutinus/diutina/diutinum &c.Prius namq̧.Vergilius ſic extulit in diris.Prima foret letho mihi vita diutius eſſet. Poſterius vero prudētius ita enunciauit.In piſcomachia.Defectam maculat.tibi fama diutina mē-

Arbutus. tem.¶ Arbutus ſpecies arboris.Vergilius ſequundo Georgicorum. Inſeri-

calliſtrutia tur vero ex fœtu nucis arbutus horrida(Verſus eſt hypermether).¶ Calliſtrutia nomen herbæ. Columella libro nono. Nec calliſtrutiam tu de radice reuelles. ¶ Sequundo excipiuntur quæ ex breuibus deducta ſunt. Vt reputo percutio obrutus veluti ſicuti &c.

## V:ante:u:in medijs.

V.ante.u. V/ſuper/u/breuia/nec quicq̄ quere morandum.

¶ V/ante/u/ī medijs ſemper corripitur vt veſuuius ianuuius/ pacuuius &c.

## V/in vltimis.

V.in vltimis. V/productum finis habet nihil excipiatur.

¶ V/in fine dictiōis ſemꝑ lōgaᷓ:vt Ieſu/gelu/veru/cornu/manu/quercu &c.

## De finalibus conſonis.

De finalibꝰ conſonis. B/latijs curtans:peregrinis ducere debes.

¶ B/in fine dictiōis latine corripitur vt ab/ob/nob/iteriectio irridentis apud plautum.¶ Sed/b/in fine dictionis peregrine & barbare ſemper longatur, vt iob/iacob/aminadab &c.

## C/in vltimis.

C. C/duc:nec/donec/rape fac hic flexile curta

¶ C/in fine dictionis producitur vt ſic/dic/hormidac/lac &c. ¶ Excipiuntur

Nec. Primo due dictiones in textu quę ſemper corripiuntur. ¶ Nec Martia. li.iij.

Donec. Cęta nec in lybicis debuit eſſe iugis¶ Donec. Silius lib.quinto.Donec abūdanter diffuſo ſanguine late. ¶ Sequundo. Excipiuntur due alie dictiones in

Fac. textu:quæ variantur.¶ Fac a facio imperatiuus. Ouidius primo de arte poetica.Hos fac armenios;hæc danaeia perſis. Idem tertio libro.Mille fac eſſet io-

Hic. cos turpe eſt neſcire puellam. ¶ Et hic pronomen.Vergilius in buccolicis.Et vitula tu dignus & hic & quiſquis amores.Ideꝫ quarto Aeneidos. Solus hic

inflexit ſenſus animumq; labantem. ¶ Dico autem in textu flexile: id eſt declinabile pronomen: quia hic aduerbium ſemper longatur. Vergilius primo æneidos. Poſthabita coluiſſe ſamo hic illius arma. ¶ Præterea ne forte regula fallare deriuatiuorum quæ in vltimis rarenter locum habet: quod hic pronomen variatur. Eius tamen obliqui ſicut huic hunc hanc/ hoc/ hac/ hac &c. & eius aduerbia ſicut hic/ iſtic/ illic/ huc/ iſtuc/ illac/ tantum producuntur quę pueri diligenter animaduertant.

## D/

D/ſemper breuia: nec/tu/demenda requiras D.

¶ D/ in fine dictionis ſemper corripitur: vt ad apud bogud/ dauid. &c.

## F/G/H/

F/G/H.

F/ſimul/h/vel/g/vocalem rite ſequuntur.

¶ Tres cōſonantes/ f/g/h/ nihil habēt ꝓprie q̄titatis: ſed regulas vocaliū quibus ꝓxime adherent ſequūtur: vt vah/ ah/ veſperuh. De/ f/ autem/ & /K/ quod ſtatim pretermittam nullum arbitror poſſe dari exēplū p̄ſertim apud latinos.

## L/

L.

L/breuia: ſed ſal/nil/ſol/& hebrea morantur.

¶ L/ in fine dictionis corripitur vt animal fel vigil/ conſul &c. ¶ Excipiuntur Primo tres dictiones in textu. ¶ Sal ſalis condimentum eduliorum: vel dul- Sal.
cis quedam facundia. Sedulius de lectione euuangelica. Virginitas nitor ar-
genti ſapiētia ſal eſt. ¶ Nil ſyncopatū a nihil. Hora. i epiſt. Nil intra eſt oleā Nil.
nil extra eſt in nuce duri. Nihil tn̄ corripit. Vergi. ij. æneí. Si nihil ex tanta ſu-
peris placet vrbe relinqui/ ¶ Sol ſolis vnus planetarū. Ouid. ij. Meth. Vlteriꝰ Sol.
ſpatium medio ſol altus habebat. ¶ Sequūdo excipiūtur hebrea q̄ i/l/ litterā exeunt: ſicut iſrael/ gabriel/ michael/ raphael/ vriel/ nicol &c.

## M/

M/breuiauit auus: ſed nunc ellipſis ademptat. M.

¶ M/ in fine dictionis apud antiquos breuiatur: quia nulla colliſionis regula erat. Nunc vero p ellipſim colliditur vbi q̄titatis rō pōt diſcerni. Verg. j. ænei. Littora multum ille & terris iactatus & alto.

## N.

N. N/produc/tamen/an/in/forſan/forſitan acta.

¶ N/in fine dictionis producitur vt non/demon/ ſimon. &c. ¶ Excipiuntur
Tamen quinqȝ dictiones in textu. ¶ Tame coniunctio ſatis nota. Ouidius in epiſto.
An. Nil mihi reſcribas attamen ipſe veni. ¶ An interrogantis aduerbium ſicut
In vtrum. Perſius ſaty. j. Naribus indulges an ēēt qui velle recuſet. ¶ In prepo-
ſitio ſatis nota. Sedulius li. iiij. Quiſquis morboſo (vitam rege) degis in euo.
Forſan ¶ Forſan & forſitan dubitatiōis aduerbiā. Verg. j. æneid. Mittite forſan & hęc
Forſitan. oliȝ meminiſſe iuuabit. Baptiſta. j. parthenices mariane. Forſitan & noſtro le
tabitur aphrica nexu.

### Documentum.

Quando: ne: queſitum finis capit eſt breuiandum.

Ne. ¶ Particula/ne/interrogatiue accepta elegāter in fine dictiōis cōponitur. tūc autem illud/n/in quod dictio terminatur debet ſemper breuiari vt viden. i. vides ne/audin. i. audis ne/vin. i. vis ne. Sic/men/ten/min/ſaluan. &c. Vergilius vj. æneid. Educet viden vt geminæ ſtant vertice criſtæ. Lucilius libro. ix. Audin ab extremo qtum tibi murmuret aure.

### Differentia.

Quod dat inis nomen breuia: ſecus eſt remorandum

¶ Nomē tertij declinatus terminatū in/n/litterā ſi habeat genitiuū in inis. vltimā corripit vt crimē/numē/flamē. &c. Sed ſi aliter habeat vltimā ſemper lōgat vt titan/pean/delphin/eleuſin/ren/lien/demon/canon. &c. Manilius lib. iiij. Crimen vbiqȝ frequēs & laudi noxia iuncta eſt. Iuuenalis ſaty. v. Nullū numen habes ſi ſit prudētia verū. Lucreti⁹ li. ix. Sume precor titan & nos his eripe flāmis. Ouidius in faſtis. Pean ipſe tuas onerabo lancibus aras. ¶ De his aūt quæ in on/exeunt maxima inter grāmaticos eſt controuerſia quibus relictis oībus doctiſſimos imitare poetas qui ſemꝑ illa ꝓducūt. Vergili⁹ nāqȝ in. j. æneidos ait. Sarpedon vbi tot ſimois correpta ſub vndis. Sic Ouidius. iij methamorphoſeos. Acteon ego ſum dn̄m cognoſcite veſtrū. Sic & Horati⁹ in arte poeti. Perfidus ixion io vaga triſtis oreſtes. Hęc ego cōtra meā conſuetudinē ꝓlixiuſcule muniui quia in hanc regulā tot latratus canū inſultare audias vt vix illorum dētes euadere poſſis.

### Documentum.

On terne/patriumqꝫ moror: ſed curto ſequunde.

¶ Huius documenti tres ſunt partes. ¶ Prima eſt nomē in on/ tertie decli-
natio[illegible]ma longat vt elycon, eropion/ciceron. &c. De quibus iam ſatis di-
ctum. ¶ Sequūda eſt omnis pluralis genitiuus græcus in on/quotecunqꝫ ſit
declinationis vltimam producit. vt cimmerion pro cimeriorū/epygrāmaton
poematon/bacchanalion. &c. Tibullus lib. iiij. Cymmerion etiam obſcuras
acceſſit ad oras. ¶ Tertia. Nomen in on/ſequūdi declinatus vltimā corripit.
vt glycerion/ilion/philorchion. &c.

## Differentia.

Quartus in: n: rectum ſequitur quem rite notat.

¶ Accuſatiuus qui in/n/litterā exit nominatiui q̄titatē retinet. Nam mene-
laon/orpheon/ibin. &c. vltimā breuiant quia menelaus/orpheus (ſine dipthō-
go) & ibis vltimā corripiunt. ¶ Item anchiſen/æneam/penelopen/ vltimā lon-
gant. quia anchiſes æneas penelope eandem producunt quæ vna preceptio ac-
curatiſſime practicanda eſt.

## P.

P: fini ſi quando datur tantum remoretur. P.

¶ P/in fine dictionis pducitur vt volup. i. voluptas. Ennius apud Aulum
gelium lib. xij. Quo cum muſſa volup ac gaudia clamqꝫ palamqꝫ. ¶ Ioſeph Ioſeph.
Prudentius de virginitate. Hic erat & formoſus ioſeph omnibus horis.

## R.

R: breuia lar. far: par: nar: fur: cur: quod in eris. R.

Dat patrio: ac æther: aer: & iber: remorantur.

¶ R/in fine dictionis corripitur vt calcar/mulier/martir/ſoror/murmur/lo-
quor &c. ¶ Excipiuntur primo ſex dictiones in textu. ¶ Lar laris. familiaris
deus. Ouidius quinto faſtorum ¶ Exagitant & lar & turba diania fures. Lar.
¶ Far faris. Ouidius. j. faſtorū. Far erat & puri lucida mica ſalis. ¶ Par pa- Far.
ris ſiue adiectiuū ſiue ſubſtantiuum. Lucretius in primo. Hec ſoliti ſumus vt Par.
par eſt euenta vocare. ¶ Nar naris. fluuius italie. Vergilius ſeptimo æneid.
Sulphurea nar albus aqua fonteſqꝫ velini. ¶ Fur furis. Perſius ſatyra prima Nar.
Fur es ait pedio pedius quid crimina raſis. ¶ Cur. Baptiſta de morte contem Fur.
Cur.

pnēda. Cur ita degeneras vt ames mortalia tantum? ¶ Sequundo. Excipiunt
nomina in er/ quæ genitiuū in eris penultima, longa terminant. vt ver veris.
crater crateris. ſother ſotheris. panther pantheris. &c. ¶ Tertio excipiuntur
tres dictiones in textu quę licet genitiuum in eris penultima breui termināt.
Ether ultimam tamen nominatiui more aliorum ꝓducunt. ¶ Ether etheris. cælū
vel ſplendor. Vergilius ſexto æneidos. Largior hic campos ether & lumine ve
Aer. ſtit. ¶ Aer aeris vnū eſt quattuor elemētorum. Lucretius libro quinto. Inde
Iber mare/ inde aer/ inde ether/ ignis et ipſe. ¶ Iber iberis. populus hiſpanie
Ite alius armeni. Lucanus lib. vj. Si tibi durus iber aut ſi tibi terga dediſſet.

## Documentum.

### Celtiber & que par componit corq; ſit anceps

¶ Due dictiones in textu & compoſita a nomine par vltimam ſyllabam ha-
Celtiber. bēt cōmunē. ¶ Celtiber celtiberis populus partim gallus, partim hiſpanus.
Sedulius libro. v. Celtiber iſtis riguit ſub annis marte cruento (Saphicum ē
cū adonio) Martialis lib. x. Ducit ad auriferas ꝙ me ſalo celtiber aras. ¶ Cor
Cor. cordis. Ouidius in epiſtolis. Molle meū leuibus cor eſt violabile telis. Idem
in primo de ponto. Confiteor miſero molle cor eſſe mihi. ¶ Compoſita autē
a nomine par ſunt diſpar/ impar/ compar/ & ſimilia. Ouidius nāq; de pontho
ait. Hei mihi ꝙ diſpar eſt locus ille getis. Anienus vero contradixit. Diſpar
erat fragili & ſolidi concordia motus. Item horatius libro. ij. Ludere par im
par equitare in arundine longa. contra vero Auſonius de numero ternario.
Tris primus par impar habet mediūq; ſed ipſe.

## As.

As. As longum eſt: dant rectus adis quartus quoq; terne.

Pluralis rapitur quibus anceps: helias: addam.

¶ As/ in fine dictionis producitur vt amas/ virgas/ veritas/ doceas/ legas/ au
dias. &c. ¶ Excipiuntur primo nominatiui tertie declinationis quorū geni-
tiui in adis/ vel in ados/ terminantur. vt pallas/ archas/ menas/ pythias/ adis.
vel ados. &c. ¶ Sequundo excipiuntur accuſatiui plurales tertij declinatus
vt hos demonas/ canonas/ archadas. ſic has lampadas/ aonas/ heliconidas.
&c. vbi pueris in mentem retorquebis quod omne nomen appellatiuum
tertie declinationis habens accuſatiuum ſingularem in em & in a/ mittit quar
tum pluralē in es/ & in as/ quodquidē as/ ſemper breuiatur. Vergilius in buc
colicis. Aonas in montes vt duxerit vna ſororum. Idem Permixtos heroas &
Helias. ipſe videbitur illis. &c. ¶ Tertio excipitur nomen helias helię cuius vltima

variatur. Sedulius de prophetis. Helias alto tribuit crematam aere veſtem. (Saphicum eſt cum adonio) Auſonius ad omnipotentem deum. Helias & ſolido cum corpore preuius enoch.

## Es.

### Es produc neutrum: tantum penes: inquies acta. — Es.

¶ Es in fine dictionis producitur vt ſpecies/ames toties/parentes. &c. ¶ Excipiuntur primo nomina in es/quę ſunt generis neutrius tantum ſicut cacoethes/hippomanes/cyrcites. &c. Iuuenalis ſatyra. vij. Tenet inſanabile multos Scribendi cacoeth[illegible] & egro in corde ſene[illegible]it. ¶ Secūdo excipiuntur due dictiones in textu. ¶ Penes propoſitio plenam rei potentiam denotans. Horati[9] de arte. Quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi. Inquies inquietis adiectiuū. i. ſine quiete. Prudentius de Iudeis. Quo fugias recutita cohors eris inquies erro. — Penes.

## Documentum.

### Pes cum compoſitis: ſtatuas vt carmina poſcunt. — Pes.

¶ Pes & eius compoſita variantur ſicut tripes/quadrupes/ ſonipes. &c. Propertius libro. ij. Quæ nunq̈ ſupra pes inimicus eat. Cornelius de vita alexandri. Ille mihi pes erat quē deturbauerat enſis. Horatius ſatyra. iij. Omnia magna loquens modo ſit mihi menſa tripes & Concha ſalis puri. &c. Auſonius de ternario numero. Qui bipes & quadrupes foret & tripes oīa ſolus.

## Differentia.

### Sum dat: es: aſtandum: ſed edo dabit es: remorandum.

¶ Es a verbo ſum tam in ſimplici q̈ in compoſito breuiatur. ſicut ades/ potes/ dees. &c. Ouidi. j. methamor. Quiſqs es hoc poteris mecum conſiſtere ſaxo. Vergilius in buccolicis. Huc ades o galathea quis eſt nam ludus in vndis. Sedulius libro. iiij. Non potes ethereum fletu peruertere mentem. ¶ Sed es ab edo tam in ſimplici q̈ in compoſito longatur ſicut comes/ambes/obes/ &c. Lucilius lib. xj. Es animos hoim nimis atrociſſime liuor. Ouidius in epiſto. Ambes incertis quęq3 maligne dolis. — Es. Es.

## Documentum.

Græcum quod creſcit pluraliter eſt breuiandum

¶ Nomen græcum tertiæ declinationis quamcumq; terminationem habeat in nominatiuo modo genitiuus ſingularis creſcat/es/in plurali corripitur. Titanes/delphines/lichenes/demones: & ita de ceteris practicando per ſingulas terminationes tertij declinatus. Si vero tale græcum nomen non creſcit in genitiuo ſingulari/es/i plurali producitur:vt ſyrtes/ gades/alpes/carybdes/&c. Lucilius lib.quarto. Quid facerem. infœlix cœlum titanes habebant. Vergilius octauo. Aeneidos. Quid ſyrtes aut ſcilla mihi quid vaſta carybdis. Profuit &c. Tu regulam hanc fac ſtudioſe examines non parum em̄ frugis ꝑturit.

Differentia.

Es terne rape ſi patrio penultima curta eſt.

Inde ceres/aries/paries/abies/remouentur.

¶ Rectus in es tertie declinationis cuius genitiuus ſingularis penultimā corripit breuiatur vt trames miles interpres &c. Vbi vero penultima genitiui producitur. rectus etiam longatur:vt tapes/tapetis/dares daretis/chremes/ chremetis &c. ¶ Quattuor tamen dictiones in textu excipiuntur a priori parte regule. Es em̄ productum habent ꝙꝙ penultima genitiui breuiatur. ¶ Ceres

Ceres. cereris dea frumenti:vel ipſum frumentum. Verg. ij. æneï. Flaua ceres alto nequicꝙ ſpectat olympo. ¶ Aries maſculus ouium. Lucanus li. iiij. Extruitur

Aries. quod non aries expellere poſſit. ¶ Paries murus. Vergilius de iocis. Quam

Paries. fixam paries illos ſeruabat in vſus. ¶ Abies arbor ex cuius ligno naues opti-

Abies. me fiunt ſapinum vocant. Vergilius in Buccolicis. Populus in ſyluis abies in montibus altis.

Is/

Is. Is rape: ſed nomen dans itis: & inis/ & entis.

Plurales caſus verbum quod protrahit itis.

Glis/ & vis/cum compoſitis longare iubebo.

¶ Is in fine dictionis corripitur vt virginis matris humilis/oratis legis. &c. ¶ Excipiuntur primo nomina quæ genitiuum in/tis/inis/vel entis/ mittunt: vt dis/ditis/lis/litis/quiris/quiritis/&c. Delphis delphinis/eleuſis/eleuſinis/ ſalamis/ſalaminis &c. Symois ſymoentis pyrois pyroentis anijs anētis &c.

¶ Sequundo excipiuntur caſus plurales quicunq; in is. exeunt nominatiuus ſicut alpis/ſardis/ſyrtis.&c. Datiu⁹ vel ablatiu⁹ ſicut bonis/ pueris/ viris.&c. Accuſatiuus ſicut omneis/treis/plureis.&c. ¶ Tertio excipiūtur verba ſequū de perſone ſingularis numeri quorum ſequūda pluralis terminatur in itis/lō-gum vt audis/venis/dormis/ſis/velis/dederis.&c. Ouid. j. faſtorū. Da mihi & placidum dederis in carmina vires. ¶ Quarto excipiuntur glis/& vis/quo cunq; modo formantur. ¶ Glis quidem ſiue gliris ſiue gliſſis ſiue glitis in ge nitiuo habeat. ¶ Vis vero ſiue nomen ſiue verbum fuerit & cōpoſita vt quis/ quiuis/ꝙtumuis.&c. Ouidius. ix. methamor. Vis ea ſi verbi eſt cur non ego veiouis ædem. Horatius in epiſt. Non cuiuis homini contingit adire choryn-thum.

Glis
Vis.

### Differen tia.

## Quis primi numeri breuio: produco ſequundi.

¶ Quis nominatiuus ſingularis corripitur. Perſius ſatyra. j. Quis populi ſer mo eſt quis enim niſi carmina molli. ¶ Sed quis datiuus vel ablatiuus plura lis producitur. Vergilius. j. æneí. Quis ante ora patrum troiæ ſub mœnibus altis. ¶ Dic ergo puer. Quiſquis es attente ſpectes quis vtere veſcis.

Quis;
Quis.

### Different ia.

## Occeani vario tantum: eacide thetis acto.

¶ Tethys tethyos. vxor occeani variatur. Vergilius. j. georgicoru3. Teq; ſibi generum tethys emat omnibus vndis. Ouidius. v. faſtorū. Tethys & extre-mo ſepe recepta loco eſt. ¶ Sed thetis thetidis. mater eacide ſiue achillis tm̄ corripitur. Papinius. j. achyl. Iam dudum tacito luſtrat thetis omnia viſu. ¶ Dic ergo puer. Quē thetis enixa eſt tethys ad prelia vexit.

Tethys
Thetis

### Os.

## Os longum eſt patrium breuia dehinc compos & impos. Os.

¶ Os in fine dictionis longatur vt pueros/nepos/ſacerdos/&c. ¶ Excipiun-tur primo genitiui quotcunq; declinationis qui in os exeunt. vt thydeos/or pheos/protheos. &c. Lampados/pallados/tethyos/ſotheros. &c. ¶ Sequun do excipiuntur duo noia in textu. ¶ Compos cōpotis. qui quod vult quod poteſt. Ouid. de arte poe. Inſequere & voti poſtmodo compos eris. ¶ Impos impotis qui quod vult non poteſt. Tibullus. Nil mirare ſui funditus impos erat.

Compos
Impos,

## Differentia.

Os oris longant:ſed os oſſis carmina curtant.

Os. Os. ¶ Os oris longatur. Vergilius.j.æneidos. Os humeroſq; deo ſimilis namq; ipſa decoram. ¶ Sed os oſſis.breuiatur. Sedulius de creatione hominum. Il-lud/os/ex noſtris iam prodijt oſſibus inquit. ¶ Dic ergo puer. Frãgat os om-ne tibi:ſi quando os impia dicat.

## Differentia.

(Ni patrius dabit/o/)rectos breuiabo ſequunde.

¶ Nominatius græcus in os/ſequunde declinationis,habens genitiuũ in/ij breuiatur vt logos/melos/othos/chaos (& plurima inſularum nomina) ſi-cut ſamos/leſbos/rhodos/delos.&c. ¶ Sed græcum in os/cuius genitiuus in o/terminatur debet produci.vt androgeos/apollos/cos/nicoleos/demoleos/ &c. Auſonius in epygrã. Fac melos argutũ noſtras demulceat aures. Vergi-lius.ij.æneidos. Androgeos offert nobis ſocia agmina credẽs.

## Vs.

Vs. Vs breuia:niſi primi recti nomina quarte

Et patrius terne monoſyllaba voxq; vocans:v:

Dans:odis:vris:& vdis:& vtis:& ontis:abeſto.

¶ Vs/in fine dictionis corripitur vt deus/m[illegible]s/corpus/intuitus.&c. ¶ Ex-cipiuntur primo nomina quarte declinationis in omni caſu preter ꝑ in primis rectis(.i.nominatiuo & vocatiuo ſingularibus qui breuiãtur )vt huius ma-nus/he manus/has manus/o manus.ſic viſus/auditus/tribus/pinus/&c. ¶ Sequundo excipiuntur genitiui græci tertie declinationis vt huius didus manthus/alectus/ſaphus/&c. A nominatiuis dido/ [illegible]antho/alecto/ ſapho. Vergilius.viij. æneidos. Fatidicæ manthus & thuſci filius annis. ¶ Tertio excipiuntur dictiones monoſyllabe vt grus/ mus/ſus/ius/ rus/thus/&c. ¶ Quarto excipitur vocans/v(.i.nomen in us )cuius vocatiuus i/u/termina-tur.vt hic panthus/o panthu.hic therodamus/o therodamu.hic ieſus/o ie-ſu. ¶ Quinto excipiuntur nomina quæ mittunt ſuos genitiuos in vnam iſta-rum quinq; terminationum quę in textu habentur. ¶ In odis(vt tripus

ſampus/œdipus)&c. ¶ In vris(vt tellus & monoſyllaba multa) ¶ In vdis. (vt palus/fuſcus/incus.&c. ¶ In vtis(vt ſalus/virtus/iuuentus)&c. ¶ In ontis(vt amathus/opus/ceraſus)&c. Vergilius.x.aneidos. Eſt amathus eſt celſa mihi paphos atq; cythera.

## T.

T/breuia quod nonnunq̄ tibi ſyncopa mutat. T.

¶ T/in fine dictionis breuiatur. vt caput/amat/legit.&c. ¶ In verbis tamē ſyncopatis ſicut audit pro audiuit. Interijt pro interiuit. obijt pro obiuit. &c. variatur. Lucilius lib.iij. Hoc audit hoc vidit amans quodcunq; tuliſti. Vergilius nono aneidos. Audijt & cœli genitor de parte ſerena. Cornelius de vita alexandri. Interit heu ſera eſt quā fert medicina palemon. Ouidius.iij.methamorpho. Interijt at vos pro fama vincite veſtra. Propertius. Iamq; obit in in veſtras cum greſſus poneret ędes. Ouidius.iiij.faſtorum. Nox abijt oritq; aurora palilia poſcor. &c. ¶ Hæc ſunt Candide lector quæ in artem verſificatoriam dicenda cenſui. ¶ Viue vale ſi quid nouiſti rectius iſtis. Cādidus imperti ſi non: his vtere mecum (quia) Nec tardum opperior: nec precedentibus inſto.

ΤΕΛΟΣ.

In te IESV ſpes mea recumbit.

## Petri Pontani Cæci Brugenſis. Per breue opuſculum. De accentibus eccleſiaſticis. Ab aſinorum vulgo turpiter. Vbiqꝫ deprauatis.

### Diuerſitas.

Diuerſitas.

ACCĒTVS vocum queuis eccleſia mutat.
Quos patrio de more/alijs proponere ſtultum eſt.

¶ Primum huius opuſculi documentum eſt: tot cōcinendi & pronunciandi eſſe modos quot eccleſiæ & communitates cantantium exiſtūt. Suo quiſqꝫ enim ritu vti gaudet. Propterea non modo ridiculum: ſed etiam grauiter improbandum ſeſe ille exhibet. Qui toti mundo regulas accentuuꝫ ſue dumtaxat patrie proponit quod author doctrinalis feciſſe creditur. ¶ Nos itaqꝫ regulas accētuum docemus non proletarias quidem quales grammaticorum vulgus vbiqꝫ effutit Sed perqꝫ raras & autenticas quales doctiſſimi viri (Priſcianum dico/Ciceronem/Gellium/& Quintilianum) approbare ſolent. ¶ Eſt autem accentus vocis proprietas qua ſyllaba eleuari vel deprimi vel in medio circunferri debet. ¶ Et dicitur ab accino accinis accinui/accentum accentu (id eſt modulor & canto).

Diffinitio accentus.

### Conſilium.

Conſilium.

In multis fatuum modulandi deſpice morem.
Quem ſophiæ dampnanda nimis pœnuria fecit.

¶ Peritorum omnium eſt conſilium vt quicquid aſinorum vulgus ī templis rudat ſapientum regulas ſemper obſerues: vt maria media breui. Iacobus pe-

ultima longa euuangelij per quinq; ſyllabas penultima correpta proferas. ¶ Nec vero imperitorum obduratã conſuetudinem pertimeſcas( q̃q̃ a iunioribus doceri ſenes dedignentur )quia(vt hic grammaticis theologiſer ). Auguſtinus libro ſequundo. De vnico baptiſmo ait( & habetur in decretis diſt. viij. )veritate manifeſta: conſuetudo cedat veritati. Plane quis dubitet veritati manifeſte conſuetudinem cedere & paulopoſt. Nemo conſuetudinem rationi & veritati præponat( Quia conſuetudinẽ ratio & veritas ſemper excludit) Et rurſus in libro de baptiſmo paruulorum & allegatur i. decretis diſtin. viij. Qui contempta veritate preſumit conſuetudinem ſequi: aut circa fratres inuidus eſt: & malignus: quibus veritas reuelatur: aut circa deum ingratus eſt. Inſpiratione cuius eccleſia eius inſtruitur. Nam dominus in euuãgelio. Ego ſum inquit veritas( non dixit ego ſum conſuetudo ). Itaq; veritate manifeſta cedat conſuetudo veritati.

## Ordo:

Nec græci/latijq;/tono modulantur eodem. Ordo.

Graias vix millena refert tibi pagina leges.

Nos autem denis ſapienter pandere normis/

Inſtruimus: quas deinde locis remouenda ſequuntur.

¶ Ridenda mihi omnino videtur illorum traditio( doctiorũ opinione ſalua) qui latina vocabula græco accentu proferri debere precipiunt. Tum quia longe alios accentus atq; nos græci habent. Tum quia infinitas accentuũ regulas illi tradunt. Nos autem tantum decem vtimur quas ordine ſubiecto videbis. Adiunctis vnicuiq; quas habet limitationibus.

## Accentus tres.

Tollit acutus: ad ima grauis premit : extat vtroq;. Accentus. tres.

Quem circunflectunt tribus his eccleſia gaudet.

¶ De accentuum numero & nominibus inter grammaticos magna diſſeptatio eſt. Sed ego litteratis viris imitatione dignis. Tres tantum placuiſſe concipio( Qui ſunt ). ¶ Acutus: quo ſyllaba voce extollitur: vt manus tue domine fecerũt me. ¶ Grauis: quo ſyllaba voce deprimitur: vt Tedet animam meã Acutus. Grauis.

Circunfle-xus.

vite mee. Dimittam aduerſum me eloquium meum. ¶ Circũflexus: quo ſyllaba voce partim extollitur partimq; deprimitur. Vt Et ſic repente precipitasme. Plures autem/ vel in quotidianis ſermonibus vel in forenſibus cauſis poſſunt attendi. Sed hoc in opuſculo tantum loquor de his qui ritum ſpectant eccleſiaſticum: quia ( vtinam bone Ieſu ) eam ſacerdotes curam in pſalmis: lectionibus; & euuangelijs propter ſe adhiberent quam cauſidici forenſeſq; tabule ſuis ſermonibus tegnis & aſtutijs phalerandis propter pecuniam adhibere conſpiciuntur.

## Prima accentuum regula.

Prima regula.

Longa tibi circunflecti monoſyllaba debent.

Quæ breuias acuenda tene/ q̃q̃ eſt poſitura.

Multa tamen varie duplex acceptio profert.

Primum punctum. Sequundũ punctum. Tertium punctum.

¶ Huius. Prime regule tria ſunt puncta. ¶ Primum eſt monoſyllaba dictio naturaliter longa circunflexum habet accentum: ſicut/ me/te/ ſe/nos/ vos/dos/ſto/ ſtas/ſta/do/das/da/&c. ¶ Sequundum eſt. Monoſyllaba dictio naturaliter breuis. licet etiam poſitione longetur acutum habet accentum. Vt/an/in/per/es/&c. Item nux/nix/fax/ſunt. &c. ¶ Tertium eſt plereq; ſunt dictiones quæ vario modo ſumuntur: & ita diuerſum ſortiuntur accentum. Nam/es/ab/edo/ quia producitur accentum habet circunflexum Sed/ es/ a ſum quia breuiatur accentum habet acutum. Sic de/os/oſſis/ & os oris/compluſculiſq; alijs fac ſtudioſe practices.

## Sequunda accentuum regula.

Sequunda regula.

Hanc in duplicibus quæ ſola eſt longa priorem.

Circunflecte canens alia acuiſſe iuberis.

Primum punctum. Sequundũ punctum.

¶ Huius ſequunde regule duo ſunt puncta. ¶ Vnum eſt. ¶ Diſſyllaba dictio cuius prior tantum ſyllaba producitur circunflexum habet accentum in illa ſyllaba priori: vt panis/ paſcit corpus. &c. ¶ Alterum eſt. Diſſyllaba dictio cuius non ſola prior longatur accentum in priore habet acutum vt ſi ambe ſint longe: ſicut/ iuſtos/ prudens/ audis/ vel ſi ambe ſint breues: ſicut caput/deus/ amat/ &c. Vel ſi prior eſt correpta & poſterior longa: ſicut

pios(boni) amant. Itaq; tribus modis punctum hoc poſterius contingit.

## Tertia accentuum regula.

Tertia re- regula.

Multi fide voci quoties penultima curta eſt.

Precedentem acuo: non curans q̄ta locetur.

Cum ſuprema breuis eſt & penultima longa.

Hanc circunflecto longam: ſi protrahis ambas,

Ipſum hanc exacuo/velut exitialis amico.

Longum acues ſemper poſitum penultima quem dat.

¶ Huius tertie regule tria ſunt puncta. ¶ Primum eſt. Dictio poliſyllaba: (id eſt habens plures q̄ duas ſyllabas) ſi penultimam corripit accentum habet acutum in ante penultima ſiue breuis/ſiue longa illa fuerit. Vt domine cōditor/adiuua. ¶ Sequundum poliſyllaba dictio cuius penultima producitur. & vltima breuiatur accentum habet circunflexum in illa penultima: vt exitialis tyrannus maledicetur: ſed ſi tam penultima q̄ vltima longatur acutum h; accentum etiā in penultima: vt amico fideli conſpiras. ¶ Tertium penultima dictionis poliſyllabe: que producitur poſitione accentum habet acutum non curando q̄ta ſit vltima (quia accentus circunflexus ſoli ſyllabe naturaliter producte debetur) vt bellantes ardenter inſector &c.

Primum punctum.

Sequundū punctum.

Tertium punctum.

## Quarta & quinta accentuum regula.

Quarta & quinta accētuum regula.

Accentum longum vox ſuſtentata recludit.

Sed breuis oppreſſa dicentis voce notatur.

¶ Vbi longus vbiue breuis ſit accentus ex vocis moderatione dignoſcitur. Nam inter canendum legendum/vel loquendum ſyllaba longa voce eleuatur breuis vero deprimitur. Sicut enim ridiculus eſt qui adiectiua in tiuus penultima breui pronuntiat: vt nominatiuus/genitiuus/indicatiuus/imperatiuus. &c. Ita vituperio dignus eſt: qui maria ſophia phegia &c. Penultima longa profert. Tu de aliis infinitis ſimiliter practica.

## Sexta regula.

Sexta regula.

**Partes recta duas vna ſibi copulat hyphen.**

Quādo eſt dictio compoſita quę oratio eſſe videri poteſt. Accētus in priore parte compoſitionis faciendus eſt nō curando de ꝙtitate poſterioris partis alias enim ſepe putaretur eſſe oratio vbi eſt ſola dictio vt retrorſum/ſeorſum deorſum/ſimulac/quandoquidem. &c. Eſt autem tunc figura quę græce hyphen.tis.latine vnio vnionis,dicit̃.quia due dictiones ſimul vniuntur.

## Septima regula.

Septima regula.

**Senſum vt diſtinguas partita diaſtola ſeruit.**

Quando dictiones alicuius orationis tanta ſunt vicinitate in ſono vt vnis cum vocabulum conflare videantur inter eas aliqua certa pauſa facienda eſt. vt oratio & non ſola dictio eſſe declaretur ( vt Kyrie eleyſon) Nam Kyrie (eſt domine) Eleyſon(miſerere)ſic Allelu/ya/ Nam allelu(eſt laudate)ya(dominū) Rurſus Oſan/nna/ quia oſan(eſt obſecro)nna(deus ſalua) Hec aūt figura eſt quæ græce diaſtole vel diaſtola latine diſtinctio vel diuiſio dicitur. quam(vtinā pie ſeu Noſtri ſacerdotes ſtudioſe obſeruarent) Non enim tot & tanta paſſim in templis ſcandala ſeminarentur.

## Octaua regula.

Octaua regula

**Vocalem /ablatam de fine apoſtrophus indit.**

Vbi inter legendum vel concinendū vocalis vel/m/ frequenter occurrit vocalis nōnūꝙ de fine dictionis vocalem ipſe ſonus offert & græce apoſtrophus latine colliſio dicitur. De qua in primo libro ſatis ſuperq; dictū eſt.

## Nona & decima accentuum regula.

Nona & decima accentuū regula

**Vocem humilem phile profert quam daſia tollit.**

Phile

Phile philes accentus eſt quo dictiones prolatu facili & ſine ſtridore vocis proferuntur. Vt deus meus Adiuua me. Interpretatur autē latine depreſſio vel moderatio. Sed daſia eſt accentus quo dictiones prolatu difficili & cū magno ſtridore vocis pronunciatur ſicut fit in his que per/r/vel/h/ſcribuntur. vt honorē/homo/rigoroſus/hamat. Explicatur autem latine eleuatio. &c.

Daſia.

## ❧ Exceptiones ſeptem a dictis.

Si differt:dubitat:cogit:tranſuertitur:orat:
Sincopat:eloquitur:concentum dictio mutat.

¶ Septem ſunt modi quibus accentuū regule infringuntur. ¶ Primus eſt. Primus.
Cauſa diſtinctionis. Nam ſi barbara (barbare declinantur) accentum habent
in fine acutum vt adam/abel/noe(ſi vero latine inflectantur)regulas latinorū
ſeruant vt adamus/abelus/nous.&c. ¶ Sequundus eſt. Cauſa dubitationis Sequūdus
vel admirationis quando in neutram partem deflectenda eſt oratio. Vt Quo-
modo fiet iſtud quoniā virū nō cognoſco(quod imperiti queſtiue legūt.Cū
beata virgo angelo firmiter credens.neqꝫ interrogatiue neqꝫ dubitatiue. ſed
multum admiratiue loquatur. Itaqꝫ Accentus in fine orationis ſuſpendendꝰ
eſt. ¶ Tertius eſt. Cauſa congregationis quando tam prolixa eſt clauſula vt Tertius.
vno ſpiritu nequeat pronūciari. Tunc enī alicubi ſepe reſpirare cogimur.vbi de
bitus accentus eſſe non poteſt. Exempla paſſim tibi in ſcripturis occurrent.
¶ Quartus eſt. Cauſa tranſpoſitionis quando prepoſitio proprium relinquit Quartus.
officium ſicut vbi prepoſitio poſtponitur ſuo caſuali vt Te penes (italiam con-
tra/capulo tenus &c. Vel vbi ſine caſu ſuo aduerbiaſcit. Vt prope eſt dominus
omnibus inuocantibus euꝫ iuſtus eſt dominus his qui tribulato ſunt corde.
&c. Item vbi pro ſola voce nomen efficitur vt apud eſt prepoſitio. Ante regit
accuſatiuum &c. In talibus enī loquutionibus accentum habet in fine acu-
tum. Alias vero in fronte grauē. ¶ Quintus eſt. Cauſa interrogationis quia Quintus.
omnis interrogatio finem dictionis acuit atqꝫ eleuat. Vt quem dicunt homi
nes eſſe filium hominis? ¶ Sextꝰ eſt. Cauſa ſyncopatiōis quia qualitercūqꝫ Sextus.
ſyllaba profertur in dictione integra taliter proferri debet in dictiōe ſyncopata
et quia olim noſtratis veſtratis cuiatis mediam acuebant:nunc ſyncopata no
ſtras veſtras cuias poſteriorem acuunt ſic eſt de vocatiuis in/i/vt Vergili mer
curi.& de pleriſqꝫ aduerbijs:vt abhinc exin. Idem de verbis:vt audit pro audi
uit noſti pro nouiſti dicendū eſt. ¶ Septimus eſt. Cauſa eloquutionis:quia Septimus.
quot ſunt ydiomata tot modi accentuandi. Propterea qualcumqꝫ accētuum
regulas vel ex me/vel ex alijs concipias morem tue nationis obſerua. Dum-
modo latine lingue decorum & integritatem cuſtodias.

## ❧ Documentum.

Cum duo ſignantur minus eſt commune acuendum.

¶ Quoties dictio ſub duabus orationis partibus continetur(ſub vna quidē)
pro ſignificatione magis nota & communi: ſub altera vero pro ſignificatione
minus cognita minuſqꝫ vulgari tunc id quod minus commune eſt accentuꝫ
habet in fine acutum, quod vero magis vulgatum eſt ad generales regulas re

fertur vt ergo pro cauſa vna. i. ſimul ſecus. i. aliter vel ꝓpe pone. i. retro. Alias pro aliter: vel alio tempore circum. i. circulariter ſequundum. i. ad / vel prope. Et ſimilia. Accentu acuto in fine proferuntur. quia minus communia ſunt ꝙ hæc ergo coniunctio vnus / na / num. Cæcus / cæca / cęcum. Pono / ponis. Alius alia / aliud. Circus / circi. Sequundus / ſequunda / ſequundum. Pleraqꝫ ſunt alia quæ diligens lector facile practicabit.

## Documentum.

## Quæ ſociant aut inclinant peruertere poſſunt.

¶ Dictio ſociatiua (vt cum) & inclinatiua ſiue encletica: vt. qꝫ / ve / ne / accentu / acuto profertur: vt m. cum / tecum / ſecum / nobiſcum / vobiſcum. Ignari hominumqꝫ locorumqꝫ. Querunt lemureſue / deoſue. Qui teneant homineſne / ferene / ꝙ ſi he dictiones aliter vſꝑ ſumantur generalem ſeruant regulam: vt cuꝫ aduerbium pro quando vel coniunctio pro quia aut poſtꝙ ſic quæ nomen / ve interiectio / ne aduerbium.

## Documentum.

## Si græcum grece referat ſonitum retinebit.

¶ Quemadmodum dicere memini longe alia eſt græcorum ꝙ latinorum accētuum ratio. Proinde ſi greca vocabula grecanice proferre volueris grecas obſeruato regulas. Si vero latine pronunciare malueris (optio enim tibi datur) Latinas conſulito normas vt in his & ſimilibus ſymois pyrois / opois / ſerpedon / tercon agamennon &c. In quibus non niſi voluntarium apud nos accentum eſſe arbitror.

## Regula de eccleſiaſticis punctis.

Vocem virga iuuat: ſuſpendunt cōmata ſenſum.

Quem colon complet / quem pulchra parenteſis arctat.

Leniter abſqꝫ tono: ſed acutum queſtio tollit.

¶ Punctum e[st] quod & pronuncianti vocem adiuuat & auſcultāti intellectū manifeſtat. H[in]c eſt illud. Auſonij in epygra. Diſtinctio ſenſus auget: & ignauis dant interualla vigorem. Sunt autem eccleſiaſtica puncta quinqꝫ. ſ. virgula / Cōma / Colon / Parenteſis / & iterrogatio. ¶ Virgula eſt punctum quo vox

Virgula.

adiuuatur in loco vbi non eſt ſenſus: ſed tantum quedam ſententie apparentia. ¶ Cōma eſt punctum quo denotatur ſentētia/dependens tamen ex ſequenti. Comma. ¶ Colon eſt punctum quo ſententia omnino eſſe perfecta declaratur. Vt homo natus de muliere virgula/breuiuiues tempore coma: repletur multis miſerijs Colon. Colon. ¶ Parenteſis vero eſt punctum quo aliquid inter clauſulas venuſte interponitur quod ſententiam neq; perficit neq; corrumpit: vt ſi gloriari oportet (non expedit quidē) libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Parenteſis. Vbi clauſula (nō expedit quidē) parenteſis eſt & ſine manifeſto vocis tono debet exprimi. ¶ Sed interrogatio eſt punctum quo omnis dictio in fine eleuata acuitur. Interrogatio. Vt quis eſt iſte rex glorie? Quid prodeſt homini ſi mundum vniuerſum lucretur: animæ vero ſue detrimentum patiatur? ¶ Hæc ſunt quæ in artem verſificatoriam & accentuum doctrinam. Immo in noſtre artis grāmatice partem tertiam: & poſtremam dicenda cenſui.

τελος.

In te IESV ſpes mea recumbit.

Habes candide lector ſane breuiſſimum: ſed optime frugis opuſculum Petri Pontani Cæci Brugenſis de Arte verſificatoria ſimul & accētuaria. Impreſſum parrhiſijs cura: & ſumptibus Bernardi Aubririj bybliopole Cōmorātis in vico ſancti Iacobi ſub ſigno diui Martini. Vbi & venū pſtat Prelari vero pumice Nicolai de Pratis: in eadem vniuerſitate peruigilantis bybliographi terſum prodijt. Anno domini Milleſimo quingētesimo viceſimo. Pridie Kalē. Auguſti.